

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Eliæ Trägård Dikduk me'at lashon ha-kodesh Seu
Compendium Grammaticæ Ebræo-Biblicæ, Anomaliarum
Expertis**

Träg°ard, Elias

Gryphiswaldiae, [MDCCLV?]

VD18 13039474

urn:nbn:de:gbv:45:1-17919

Spr IV
762



Pre. V 752

H. Boenigk



ELIAE Trågård
רְקַדּוֹק מִעֵט
לְשׁוֹן חֲקָדֶשׁ
SEU
COMPENDIUM
GRAMMATICÆ
EBRÆO-BIBLICÆ,
ANOMALIARUM
EXPERTIS;
OMISSIS TAMEN NOTIONIBUS
LITERARUM INTERNIS.

Anno: 1773
P. Ewers
Calmar




GRYPHISWALDIÆ
TYPIS HIERONYMI JOH. STRUCKII
REGIÆ ACAD. TYPOGR.



EX BIBLIOTHECA
OLDENBURGENSI

ВИНОДОЛЫ ИЗМЕРЯЮЩИ
СВОИ МОЛОСТИ

CHRISTIANA
HERONIMUS HOLZ SEITEN
1875





PRÆFATIO.

L. B. S.

Non dubito, quin minus placeat nonnullis, tantam grammaticarum multitudinem, qua bibliothecarum fere omnium infimi loci ad naufragium usque scatent, nova iam augeri. Nec defuturos crediderim, qui mirentur, post tot celebres in hoc scribendi genere auctores, ejusmodi me quoque edere velle libellum. Id quod ejusdem facile temeritatis accusari potest, ac si quis iliada post Homerum scribere in se susciperet. Non enim illorum labores, etiamsi in grammaticis conficiendis occupati fuerint, adeo flocci sunt faciendi, ut sibi persuadent quamplurimi, aliter ac ERASMUS sentientes, qui putavit, *grammatices professionem senile atque*

PRÆFATIO.

arduum negotium, ut minore negotio tres
juris Doctores absolveris, quam unum Gram-
maticum a). Nec minoris grammati-
cam æstimat WALTERUS, Theologia,
inquiens, nostra maximam partem gram-
maticalis est, & non solum vocum emphasi
gaudet, sed & conjunctione, ut argumenta
firmiora & tutiora peti non possint, quam que
ex grammatica & loquendi more, a Spiritu
Sancto usurpato, arcessuntur b). Quid
vero hujus generis scriptorum copia
nos offendet? Illam admodum augere
meum non facio negotium. Evidem
facilis concedo, tot atria linguæ He-
brææ exstructa esse, tot nucifrangibula,
horologia, infundibula & claves &c.
fabricatas, ut tantum non supervaca-
neum videatur agere, quicunque hac
in officina in posterum sudare voluerit.
Hinc etiam dipteris aliorum: Gramma-
ticarum numerum minui, quam au-
geri debere. Aliorum querelæ: nullam
unquam linguam plures habuisse Do-
ctores & pauciores cultores. Quasi ni-
mirum

a) Epist. de vita Origenis.

b) Officin. Bibl. pag. 297. Witteb. 1703.

PRÆFATIO.

mirum illorum copia horum efficeret paucitatem. Atqui licet non inficias irem , nec in hoc sua destitui veritate vetus proverbium : *copia parit fastidium*; non tamen inde sequeretur, ut cuius est copia , res verum suum amitteret pretium. Præterea culpæ , quam intentari mihi posse quispiam existimaret, plane non memet esse reum contendo. Largior, quod nemo ignorat, grammaticas linguae Hebrææ scripsisse fere innumeros, quos inter, felicitate regulas sancti istius sermonis pangendi, recentiores longe ut plurimum antiquiores superarunt. Nihilo tamen minus anomaliis & exceptionibus pleraque sunt repletæ. Nec ante grammaticam Hebræo-Biblicam Reverendiss. D. D. Episcopi & Procancellarii Joh. ENGESTRÖM, quandam anomaliarum expertem orbis eruditus vidi. In lucem illa prodiit publicam tres & viginti abhinc annos; quo tempore, non sine summa juventutis academicæ utilitate, linguarum Orientantium & Græcæ Professoris munere in Lycaeо Gothorum

PRÆFATIO.

Carolino celeberrimus Auctor fungebatur. Iam vero paucorum est in manibus præclarissimum opus; neque, ob exemplarium penuriam, ære potest comparari. Ideoque cum cognoverim, non deesse, qui desiderio teneantur methodum istam Hebræam curatius noscendi, a fautoribus & amicis facile me persuaderi passus sum, ut Grammaticam, vel potius compendium laudati nuper libri, quod ante septem jam fere annos, in usum collegii privati conscripsoram, typis committerem.

Scias tamen velim B. L. non omnibus, opem meam in addiscendo sermone Hebræo potentibus, hanc solam metmet inculcasse methodum; sed tantum nonnullis. Aliis enim, ut ipsi voluerunt, Danzium prælegi, aliis hanc. Quin, paratum etiam mestiti ad atrium Opitii, plurimis instructum anomaliis, cum quibusdam, quos illorum traxit voluptas, aliquoties percurrentum. Etquidem ita, ut ad manus simul haberim Wasmuthum, ubi viderent specialia & specialissima, ad quæ lectorem auctor



PRÆFATIO.

auctor asterisco viam monstrat. Id hoc loco ut monerem necessarium duxi, ne forte quisquam, nimio zelo, aut rerum novarum odio incensus (utrumque intempestivum vocare, nescio an multum dubitem) causam habere sibi videatur, de labore meo, in hoc ut in aliis satis affiduo, quod sine ostentatione dictum volo, sinistrum ferendi judicium.

Iam, quo consilio libellum hunc composuerim, est de quo paucis præfari debeo: Est nimirum ad methodum grammaticæ Engeströmianæ anomaliarum expers; easdem enim tradit regulas. Nostram igitur illius compendium si habere volueris, grammaticarum non auxi copiam, sin novam vocare placuerit, quod mihi perinde erit; duæ multitudinem non constituunt. Pauca tamen mutavi, vel verius, cùjusque reliqui arbitrio, an hoc illud veratum habere velit. In primis consultum judicavi, notiones literarum internas omittere, quas hieroglyphicas appellare solent nonnulli; Etenim odiosam istæ & suspectam compluribus red-

a 4 *in N. Redd dide-*



PRÆFATIO.

diderunt facillimam hanc ad interiora hebraismi Biblici viam, adeo ut, illis tantum auditis, cetera audire, ne dicam legere, minime curarint; sed mox ad ineptas Kabbalisticas artes, futile delirantis Judaicæ gentis somnia & nugas totam hebraizandi rationem redactam voluerint. Immo, nec defuerunt, qui magis, ut credimus, ingenia sua exercuerint dictiis & scommatibus contra innocentes celeberrimorum Philologorum conatus excoigitandis, quam hi notionibus istis literarum internis rimandis & examinandis. Melius sine dubio fecissent, si monito Apostoli obtemperassent:

πάντα δοκιμάζεται, τὸ καλὸν πατέχεται c). Probe quidem novimus, ab altera parte, eam quorundam esse opinionem, methodum anomaliarum expertem, notionibus literarum rejectis, sibi constare non posse. At, quid impedit haud sane intellectu est facile. Observes tamen B. L. nos minime negare, literam quamcunque ad primitivum acceden-
-bet etiam invenimus in scriptis suis tem
-c) i Thess. V. 21. A. A.



PRÆFATIO.

tem sua hoc in casu gaudere idea, quippe cuius adjectione efficitur, ut ex primitivis fiant derivata. Id potius in grammatica nostra assertum passim videbis. Etenim in Hebræa, ut aliis linguis usu venit, ut unica adposita litera vel syllaba, specialem vox sortiatur ideam, quam antea non habebat. Nec aliter fieri potest. Unam quamque autem literam cum in primitivis, tum derivatis, in quavis compositione, unam semper eandemque involvere ideam; quemadmodum notæ numerorum, ziphræ vocatæ, in quibus valor generalis permanet in quavis coordinatione idem, ad paucas certissimasque regulas auctus tantum, vel diminutus; est quod adhuc dum inventum, vel ad firmas redactum esse regulas asserere non audemus. Illud, ut nuper monui, in omnibus, quas notas habeo, evenit linguis. Ex. gr. in Latina vox *clamo* rite significat quod Germani dicunt *ich rufse*. At syllaba *it* inter ipsum stamen verbi *clam* & characteristicam primæ pers. *o* posita, ut fiat *clamito*; vox nanciscitur ideam

PRÆFATIO.

specialem, quæ antea non aderat, scilicet: frequentiæ istius actionis, ut vertendum sit: *ich rufse oft*. Consimilem idearum accessionem, vel prioris specia-liorem determinationem obtingere videmus in verbis, sic dictis, desideratis, diminutivis &c. per syllabas *uri*, *ill* & reliquæ. Sic etiam verbum *arcere*, demptis literis *ere*, quæ sunt indicia conjugationis & modi, nomina *ars* & *arx* cognatae videntur esse significationis, seu in notione generali, quam per vocem *treiben* exprimimus, convenient; differentia autem specifica consistit in literis *c*, *s* & *x*, vi quarum primum indicat simpliciter *to* *treiben*. Secundum innuit id, quod quasi pellit ab uno statu in aliud, vel cura & studio efficit, ut quid loco naturalis fiat artificiale. Tertium involvit quod vi & impetu pellit, ut *arx hostes*, *nim*. metonymice continente pro contento adhibito. Num vero ex hisce & similibus tuto concludere possumus, easdem ideas, quæ in allatis exemplis vi harum syllabarum, vel literarum proveniunt, singulis



PRÆFATIO.

gulis in vocibus, ubi eadem occurunt, locum habere? Ita nim. ut C semper importet vim urgentem, S quippe duplex CC alterum alteri superimpositum recto & converso situ, *majorem vim*, & denique X, itidem duo C etiam converso & recto situ, sed juxta se invicem posita, *maximam vim urgentem innuat*. In allatis nuper vocibus non quidem infeliciter res procedere videtur; an vero in omnibus idem contingat, experiantur alii. Attamen acrem illis ego non movebo controversiam, qui sibi persuasum habent, in elementis Hebræis ejusmodi subtilitates, per figuræ & nomina eorundem quodammodo indicatas, latere. Cur ni enim æque fieri posset, ut omnes rerum sensibilium qualitates duabus & viginti literis indicarentur, ac omnes quantitates decem ziphris? Quod, si dudum inventum & nunquam fallentibus regulis esset stabilitum, non magis nobis videretur mirum, quam ars scriptoria, cuius operi quasi pinguntur, cum absentibus possumus loqui & ante multa saecula de mortuis



PRÆFATIO.

mortuis frui magistris. Interim vero regulas investigare, ad quas illud procederet negotium, perspicaciori præditis ingenio relinqu,

Nec ego tanta æquora sulco.

Ad literas autem grammaticis serviles dictas quod attinet, circa hoc momentum, res magis e vado emersisse videtur. Has quippe certis suis, tantum non semper & ubique, gaudere ideis, nec aliquam esse otiosam, sive sit epenthética, sive paragogica, uti vocantur, ex exemplorum inductione probari potest. Id quod alio loco uberius demonstratum dabimus.

Ad anomalies autem e lingua Hebræa eliminandas sufficit probare, primitiva esse bilitera. Quod qui negat, vel de industria nil videt, vel linguæ sanctæ parum est gnarus. Etenim admodum paucæ, imo vix viginti in toto hebraismo inveniuntur radices, cognatis radicibus destitutæ. Hinc etiam eminentissimus Regn. Sviog. Archi-Episcopus, Reverendissimus Dn. D. HENRICUS



PRÆFATIO.

RICUS BENZELIUS tale de illis fert judicium: *Atque hoc quidem ex inductione vocum, quæ vel primam habent radicalem Jod, vel medium Vau, vel geminantem secundam; vel tertiam He, adeo firmiter evincitur, ut nullus dubitationi locus videatur superesse.* Et jure miratur LOESCHERUS, qui fieri potuerit, ut præter FORSTERUM nemo ferme veterum id observarit. Forte vero idem aliis occurrit, quibus FORSTERUS aliive ejusdem postea opinionis non fuerunt visi: re vera autem mirum, cum assidua Bibliorum lectio & Lexicorum evolutio tantum paginis non omnibus hanc eandem rem abundantissime confirmet. Et per hanc quidem seminum, uti LOESCHERUS vocat hypothesis, reduniri possunt, eodem fatente, radices innumeræ, quæ diversissimi ortus videbantur, significatu tamen conspirant; sed tamen, uti judicamus, sine interiori illo valore, atque significatione literarum hieroglyphica d).

Objiciat vero quispiam: Hoc modo verba imperfecta, ut vocantur, non erunt

d) Syntagm. Dissert. Tom. I. pag. 128, 129.



PRÆFATIO.

erunt eadem, vel ejusdem significatus in personis, ubi litera perit, ac in illis ubi manet. Id concedimus. Discrepant, nimirum ut a derivatis primitiva; Sed in quo præcise differentia ista, quæ hoc in casu admodum est exigua, consistat, non sine maxima sæpe difficultate inventari & monstrari potest. Sic etiam quibusvis aliis in linguis non raro occurrunt derivata, quin immo composita, quæ plane idem cum primitivis & simplicibus denotare videntur & v. v. quorumque genuinam significatus differentiam vel subtilissimi critici aut ignorant prorsus, aut de eadem inter illos non satis convenit. Satis igitur est tenere, talia esse synonyma; non vero perfecte talia, quæ raro aut nunquam dantur. Attamen, cui magis est otii, in hanc linguæ partem debita accuratione inquire si placeret, non multum nobis est dubii, quin quæsita inveniret.

Ad pleraque, in quibus a veterum Grammaticorum tramite recessimus; ne nobis solis nova placere videantur; auctores allegavimus nostræ sententiæ

021 821 3001 001 1001 1001 1001 vel



PRÆFATIO.

vel qua totum, vel qua partem non inimicos, exemplis præterea ex Ebræo codice asserta confirmantes. Ut, ubi statum constructum in natura linguæ fundatum esse negamus, genera nominum &c. non, nisi certo respectu admittimus. Et sæpius. Mutationes punctorum repudiatas vides. Quæ sane doctrina satis intricata, ne minimum præstat utilitatis in genuino scripturæ sacræ eruendo sensu. Scias tamen B. L. hoc effatum minime de rationali punctorum mutatione esse intelligendum. V. gr. cum vocalis longa ad vocem cominodius pronunciandam, mutatur in Schva. Item longæ in verbis pro brevibus, & versa vice, ponuntur, ad diversas conjugationes indicandas. Id quod etiam ad nomina debet extendi. Illarum quippe significandi valorem non minus in his observandum esse haud facile quisquam rem rite perpendens inficias iverrit. Reliquam autem vocalium, nec non interdum consonantium alternationem monstrosis involutam præceptis, jure meritoque dialectis adscribimus,
quas

PRÆEATIO.

quas revera inter Hebræos existitisse demonstravit Cl. M. Joh. KIESLING, illas his definiens: *Dialecti* (sc. puræ) sunt exiguæ mutationes & inflexiones unius ejusdemque linguae, in vocum tam pronunciatione, quam significatione factæ, & certis temporibus locisque usitatæ e). Ostendit quoque, præter alias utilitates, quæ ex cognitione dialectorum hauriri possunt, haud exiguam in ipsam linguam sanctam redundare, & occupari tam circa ipsius grammaticam, quam historiam. Verba auctoris hoc loco exscribere instituto non erit alienum: *Ad Grammaticam*, inquit, quod attinet, quanta, quæso, lux oriri posset, si hæc doctrina accuratius ab eruditis excoleretur, quam omnes hactenus libelli grammatici ignorant? Tot exceptiones totque obtorto collo depicta monstra analyticæ caderent, si tyrones monerentur, non omnia secundum unam formam exsecari debere, sed dialectum communem hic respiciendam esse. Quantæ dubitationes hactenus de formis pluribus in ai (א) ut גובִי ḥ. sc. fuerunt? Hic singu-

e) Dissert. I. de Dialectis Hebr. puris. hab.
Lipf. 1712.



PRÆFATIO.

singularem, ille pluralem voluit, ᄁ quid non? Quod tamen dubium ex hac doctrina facile tollitur. Quæ non maceratio in voce חַפֵּל occurrit? Huic radix פָּתֵל non satis manifesta est, hinc ad חַפֵּל recurrendum; illi conjugatio bithpael dubia est, hinc ad monstruosas formas hæc vox rejicienda erit, quo niān non ad cerebralem ipsius normam hebraicæ linguae quadrat. Quot discrepantes reperrias sententias de infinitivis Niphal cum נ, ut נְגִלוֹת 2 Sam. VI, 20. נְגִיף Jud. XX, 39. ᄁ. Talia innumera faciliora reddi posse non dubito, si in posterum diligentius ad dialectos attendatur f). Hæc utique sententia multo majori sese commendat probabilitate, quam regularum exceptiones, exceptionum exceptiones & denique euphonia, quas linguæ sanctæ idiomati plerique affinxerunt grammatici.

Alias grammaticam anomaliarum expertem eo adornavi modo, ut eadem opera docens utriusque gnarus nec Wasmuthianæ, vel Danzianæ metho-

f) Diss. cit. pag. 24, 25. b



PRÆFATIO.

di plane rudem discentem dimittat, paucis tantum adjectis annotationibus; monstrando nimirum ad singulas nostras regulas, in quo ab illis discrepent. Id quomodo fiet ipsemet facilis negotio viderit.

Ad syntaxin quod attinet, ea tantum e syntaxi Engeströmiana sunt excerpta, quæ incipientibus maxime scitu necessaria mihi visa sunt, relictis reliquis; quippe cum nimis alias libellus præter necessitatem excrevisset. Plura qui desiderat, auctores adeat, qui ex professo regulas constructionis Hebraicæ tradiderunt.

Adjecimus etiam doctrinam de accentuatione, brevibus itidem delineatam ductibus. Multa quidem ibi addi possent; Sed cum provectionibus non scriberem, eo tantum meo collimavi labore, ut nec in hac linguae sanctæ parte lector plane esset peregrinus, reliqua docentis committens industriae.

Denique obiter moneam, pag. 7.
§. 12. literis **N** & **V** qua sonum nobis
ignotis,



PRÆFATIO.

ignotis, addendam quoque literam נ.
Nec non pag. 23. §. 34. irrepsisse radicem
בְּלָל; quæ si Lectori minus placuerit,
cum ל secundum hypothesin veterum
Grammaticorum etiam inter illas nu-
meretur literas, quæ servire possunt;
ejus loco substitui potest radix סס, ubi
רֹא ס primitivo est additum, uti colligi-
mus e radicibus cognatis מִסְהָה & מִסְךָ.
Aut גַּעַגְעָן, in qua ו est adventitium,
quod patet ex cognatis נְגַחַנָּה, נְגַנָּה, נְגַפָּה.
Confr. Lex.

Quantum fieri potuit, errata ty-
pographica cavere studui; attamen plu-
ribus, etiam inter corrigendum, distra-
cto negotiis, ea qua volui attentione,
singulas observare minutias non licuit.
Unde factum, ut pag. 16. exciderit fi-
gura accentus Schalschelet ה, pag. 42,
lin. II. erronee existet שְׁפֹת, quod legen-
dum est טְׁפֹת. pag. 51, lin. 2 Jud. 2, I. l.
v. 2. pag. 52. in paradigm. præt. secund.
pers. fem. plural. תְּוִי. תְּוִי. pag. 54. in pa-
radigm. futuri tert. pers. fem. affomat.
תְּנִתָּה, I. תְּנִתָּה. pag. 73, lin. 2 HITHPAEL. leg.
HYTHPAEL. Et forte nonnulla alia, quæ

b 2

tamen



PRÆFATIO.

tamen sunt levia, nec ullam Lectori remoram faciunt. Passim quoque puncta vocalia, in primis (.) , omissa deprehenduntur, nec non cholem parvum, quod alterutri literarum angulo superiori annexi solet, aliquoties male collatum conspicitur; at praeter nostram culpam, quippe quod penuriæ signorum, ante opusculum imprimi cœptum non observatæ, est adscribendum. Eandem hanc ob causam & cum hypothetæ, tum correctoris laborem ad levandum, in syntaxi consulto vocales non adposuimus. In compendio quoque accentuationis, loco figurarum accentuum, expressa eorum nomina exhibere coacti fuimus. Nec in dictis exempli loco allatis, figuras adscriptimus. Huic autem defectui subvenit allegatio locorum Biblicorum inferiori margini ubique apposita. Unde confidimus ex hoc parum extimescendum damni; quippe cum regulas grammaticales, syntacticas, vel accentuatorias addiscere cupiens, ad manum habeat, necesse sit, codicem Hebræum; ad cuius præscriptum



PRÆFATIO.

ptum exempla nostra queant dijudicari
&, si lubet, corrigi.

Hæc in præfamine monenda habui.
Quod reliquum est, opusculum meum
Lectoris benigni & æqui commendando
favori, vel saltem mitiori interpreta-
tioni. Ipse, licet inter minimos sim
numerandus, magnos sæpe Viros mi-
rum in modum hallucinari video; nec
tamen visis obstupescere soleo. Si igi-
tur in quonam egomet erravi, quod
humanum est, facilem apud candidos
spero veniam, nigros non curans Zo-
ilos. Post hac, si DEUS O. M. vitam
concesserit & ab aliis curis animum un-
quam liberaverit, his perfectiora & ma-
gis polita promitto. Dabam Gryphiæ
D. XX Novembr. M D CCLV.

TABULA SYNOPTICA GRAMMATICAÆ.

CAP. I.

De LECTIO NE, ubi notandæ sunt

- 1) *Literarum figuræ, nomina, ordo & valor numeralis* §. 8. *Illarum quædam sunt invariabiles, aliæ variabiles qua figuram* §. 9. & *sonum* §. 21.
- 2) *Vocales, quæ sunt longæ, breves* §. 13. *vel brevissimæ* §. 18. *His annumeratur etiam Patach furtivum* §. 19.
- 3) *Puncta literaria, ut Dagesch lene & forte* §. 21. *Mappick* §. 22. *Meteg* §. 23. & *lineola Makkeph* §. 24.
- 4) *Accentus, seu signa tonica, qui infra, vel supra literas collocantur & sunt distinctivi & conjunctiti, simplices & compositi* §. 25.

CAP. II.

De NOMINE, quod est

- 1) *Primitivum constans duabus literis & vocali longa, vel*
- 2) *Derivatum, plures habens literas* §. 31. *est vel simplex, vel compositum* §. 35.

No-



Nomina cum primitiva, tum derivata sunt
vel *substantiva*, vel *adjectiva* §. 36. & fle-
ctuntur in numerum *singularem* & *plura-
lem*, ad quem refertur etiam *numerus dua-
lis* §. 40.

CAP. III.

Ad PARTICULAS referuntur

- 1) Nomina numeralia *cardinalia* & *ordi-
nalia* §. 45.
- 2) Pronomina *separabilia* & *inseparabilia*,
seu *suffixa* §. 47.
- 3) Particulæ *adverbia dictæ*, quæ sunt iti-
dem *separabilia* §. 49. vel *Inseparabilia*,
seu *prefixa* §. 50.

CAP. IV.

VERBUM est pariter ac nomen

- 1) *Primitivum*, seu *semen*, vel
- 2) *Derivatum*, quod est
 - a) *Trilerum s. radix geminata*,
cava,
Præformata, vel
Afformata §. 52. Aut
 - b) *Quadriliterum*, *quinque lit.* &c.
§. 54.

Hæc



Hæc singula , prout subjectum agens , vel patiens indicant, habent formam *Activam* & *Passivam* §. 56.

Et sunt, qua interiorem naturam verba

Actus,

Qualitatis , vel

Status §. 57.

Porro in quatuor classes seu conjugationes distribuuntur , nim.

I. Kal & Niphil

II. Piel & Pyal

III. Hiphil & Haphil

IV. Hithpael & Hathpael §§. 58, 76 & seq.

Conjugationum singulæ quinque agnoscunt tempora: *Præteritum*, *Futurum*, *Imperativum*, *Infinitivum* & *Participium*. Hæc inter Præteritum & imperativum subjectum agens , vel patiens indicant *afformatis* §§. 71. 72. Futurum autem *præformatis* §. 73.

Duo ultima nominum plerumque sequuntur naturam §. 74. Participia tamen Paul non raro conjugantur ut verba, §. 68, n.

COM-

exli





ב ש ש
COMPENDIUM
HEBRAISMI BIBLICI,
ANOMALIARUM EXPERTIS.

PROLEGOMENA.

§. 1.

Sonus in gutture excitatus & una alterave
oris parte expressus, *Vox* appellatur.

§. 2.

Voces sola gutturis & oris apertura ex-
pressæ, *vocales*, quæ vero mediante vocali pro-
feruntur, *Consonæ* vocantur.

NOT. Soni puri; quales vocales nominamus;
vel majori, vel minori mora possunt pronun-
ciari; hinc sunt *longæ*, vel *breves*.

§. 3.

Duae contiguæ vocales *diphthongum* con-
stituunt.

A

Not.

Not. Diphthongus vocatur a Græco Δις & Φθεγγομαι, bis sonans, vel duplēm sonum habens, unde patet, non requiri, ut duo soni in unum quasi concrescant. Quin, eo ipso efficitur, ut unicus tantum audiatur & sic diphthongus esse desinat. Soni igitur, quos per nostrum à v &c. indicamus, proprie non sunt diphthongi, sed vocales ab e & o &c. diversæ, quales vel plures singi possent.

§. 4.

Vox ex consona & vocali composita, *Syllaba* dicitur.

§. 5.

Signa vocalium & consonantium *Literarum* nomine veniunt.

Not. Hebræi consonas tantum, pro more suo, literas אֹתִיּוֹת i. e. signa vocant, vocales autem נִקּוּרוֹת i. e. puncta.

§. 6.

Grammatica Hebræa est notitia de proprietatibus vocum Hebræarum & earundem constructionibus.

§. 7.

Continet illa (ut reliquarum linguarum Grammaticæ) duas partes; alteram, quæ singularum vocum proprietates, alteram, quæ earundem constructione monstrat. Illam **ETYMOLOGIAM**, hanc **SYNTAXIN** vocamus.

ETY-



ETYMOLOGIÆ

C A P. I.
DE LECTIONE.

§. 8.

Consonantes, seu literæ Hebræorum, ut reliquorum orientalium, a dextra versus finitam coordinandæ, sunt viginti tres. Singularæ, secundum mentem quorundam cl. cl. Philologorum, propriis gaudent significationibus, seu ideis simplicibus, quas una cum literarum figuris, nominibus, pronunciatione & valore numerali sequens exhibet schema:

א Aleph, nobis αΦων. Notat vivacem &	1
emphaticam præsentiam.	
ב Beth, bh. - Notionem habet in se continendi & inexistendi.	2
ג Gimel, gh. - Habet ideam gibbosæ flexionis.	3
ד Daleth, dh. - Notat emanationem, vel protrusionem.	4
ה He, - h. - - - præsentiam -	5
ו Vau, - v. - - copulationem quomodounque illa fiat.	6
ש Sajin, s leniss. Idea ejus est terebrando penetrare.	7
ח Hheth, hh. Notat conjunctionem tundendo premendove factam.	8
ט Theth, - t. - - Inclinatum situm.	9
י Jod, j - - Vim agendi excitatam.	10
A 2	
כ Caph,	

כ Caph, ch.	- Applicationem & conversionem unius ad aliud tanquam ad suum simile, vel comparationem unius cum alio.	20
ל Lamed, l.	- directionem unius versus aliud.	30
מ Mem, m.	- foecunditatem, auctiōnem & multiplicationem.	40
נ Nun, n.	- propagationem.	50
ס Samech, s.	- Involvit notionem sustinendi.	60
א Ain. nobis αφωνος.	Notat egredi concitatissime & confertim.	70
פ Pe, ph.	- Adspectum, vel speciem externam & speciosam.	80
צ Tsade, ts.	- Notat ejicere, expellere vi & impetu.	90
ק Koph, k.	- ambiendo premere.	100
ר Resch, r.	- elabi ut vacuum fiat.	200
ש Schin, sch.	- motum celerrimum & acutissimum	
ט Sin, f. lene	- Solo gradu a ψ differt.	300
ת Thau, th.	- Notat terminum designatum.	400

NOT. I. Appellationes literarum non sunt nude termini technici ut in occidentalium alphabeto, *be*, *de*, *ef* &c. sed vera nomina rerum externarum, quorum pleraque in S. codice Ebraeo



Ebræo occurunt. Sic **א Aleph** est *Dux*, **ב Beth domus**, **ו vau uncus** &c.

II. Ordo ab antiquissimis temporibus idem fuit & auctoritate codicis biblii confirmatus, in quo plures exstant textus Alphabetica serie conscripti, ut Ps. 119, ubi octo contigui versus ab eadem litera incipiunt. Item Prov. 31. v. 10. & sequentibus. Thren. Cap. I. nec non Cap. 2, 3 & 4. excepto quod in illis **ע** post **ד** ponitur.

III. Argumenta pro notionibus literarum internis, in Schemate appositis, vide ap. cl. LOESCHERUM in Lib. *de Causis Linguæ Hebrææ*, NEUMAN. in *clavi domus Heber* & Reverendiss. D. D. Episc. ENGESTRÖM in *præfat. ad Hebraism. Restitut.* Attamen, cum ideæ istæ compluribus non admodum placeant, nec adhuc firmæ de applicatione illarum tradi potuerint regulæ, lubentes ab illis abstinemus. Præterea, etiam his omissis, Hebraismus anomaliarum expers sibi constare potest.

§. 9.

Quinque literæ כְּנַפְצִים in fine vocis hanc sortiuntur figuram רְזָףְץ, quod non sine causa factum est; aliter enim organa loquelæ disponentur, si in fine vocis istas literas eloquimur, quam in initio, Quinque etiam אַחֲלָה di latantur hoc modo אַחֲלָה בְּרַת ad exempla linearum spatia; cum Hebræi voces nunquam dividant. Hæ decem, ratione figure, variabiles dicuntur.

A 3

Not.

Not. Ductus organorum loquela, literas pronunciando, harum figuris formari similes contendit HELLMONT. in *Alphabeto Naturæ*, nec non alii magni nominis Auctores. Id quamvis non valde urgeamus, satis sumus persuasi, linguarum nullam, Hebræa magis, naturæ sequi vestigia. Saltem effatum nostrum quod literas finales, experientæ est consentaneum, quod in primis deprehenditur in pronunciatione ו & ז.

§. 10.

Ratio numerandi per literas recentius est inventum; in codice enim sacro numeri ubique integris vocibus exprimuntur. Satis tamen esse antiquum, ex isto illarum usu in kabala, colligit ALTINGIUS in *fundam. punctat. Lingv. S.* Circa hoc negotium observandum est, unitates indicari literis ab נ ad ' (exclusive) denarios a ' ad פ (exclusive), centenarios reliquis. Cum vero literæ hoc modo ultra 400 non progrediantur, ut in schemate patet, (§. 8.), deficientes centenarii per quinque literas finales (§. præc.) exprimuntur. Millennium scribuntur per unitates cum impositis duabus lineolis h. m. ב", נ" &c. si alias character deest. Numeri compositi ex diversis speciebus, notarum compositione indicantur ita, ut majoris numeri nota ad dextram ponatur, minoris ad sinistram. Unde characteres, qui alias unitatem notant, si centenariis, vel denariis præponuntur, exprimunt millenarios.

Not.

NOT. Numerus 15 ordinarie, & non raro¹⁶ per solas unitatis notas exhibetur. Ille per טו, hic per טז.

§. II.

Consonantes, seu literæ omnes, pro diversitate organorum, quæ maximum ad pronunciationem singularum conferunt, in quinque dividuntur classes, nim. Gutturales ut רעה Rahabhab, Linguaes רתלנֶת Dathleneth, Palatinæ ניכק Gichak, Dentales שׁ Saszasch & Labiales בומף Bumaph.

NOT. Literæ nec unius organi, nec diversi inter se permuntantur. Faciles quidem largimur, inter loquendum tale quid fieri posse, at in scribendo hanc admissam fuisse confusione statuere, in Sacros codicis Hebræi Scriptores (quod pace aliter sentientium dictum volumus) videtur injurium. Ut taceamus, in nulla unquam vernacula, cuiquam scribenti id evenire, nisi plebejo & illiterato. Sunt autem voces; quæ pro ista permutatione a Grammaticis allegantur; synonyma, licet non perfecte talia; ut הדר honoravit, אדר magis honoravit i. e. magnificavit. Et sic in reliquis.

§. 12.

Literæ quiescentes reapse nullæ dantur; nam אֲבָהִי evehi quod attinet; tantummodo pro nostra pronunciandi consuetudine quiescunt. Et si נ & ע exceperis, quarum genuini soni nobis sunt ignoti, reliquæ omnes & possunt & debent

pronunciari. Cum enim literæ sint signa sonorum (§. 5.) superfluum, imo absurdum esset, in scriptione signum soni ponere, cui tamen nullus competit sonus. Facile tamen cujusvis relinquitur arbitrio, an sic dictas quiescentes **י נ נ** inter legendum audiri velit, an secus. Dummodo observet, etiam harum inter se invicem & interdum cum aliis alternationem frustra asseri, sed, ubi sic factum videtur, valere effatum §. præc. n.

§. 13.

Literæ tamen nunquam pronunciari possunt sine vocalibus (§. 2.). Ideoque illis hæ adjectæ per varia puncta indicantur, & sunt *longæ*, vel *breves* (§. ead. n.)

<i>Longæ</i> ,	(^ו) Kametz A.	<i>Breves</i> ,	(^ו) Patach a.
	(^ו) Tzere E.		(^ו) Sægol e.
	(^ו) Chirech I.		(^ו) Chirech i.
	(^ו) Cholem O.		(^ו) Cholem o.
	(^ו) Schurech U.		(^ו) Kybbutz y.

Not. I. Ordo hic maxime est naturalis; in pronunciatione enim vocalium, A omnium maxime labia aperit, quæ deinde ad reliquas gradatim arctius contrahuntur.

II. (^ו) & (^ו) sunt vocales per se longæ, reliquæ per accessionem consonantium, quæ fulcra vocantur & non nihil de suo fono cum illarum miscent. Circa figuram (^ו) quoque notandum, illam semper sonum habere A longi, non o brevis; Haud quippe probabile videatur, Hebraos, quorum lingua adeo plana est

&



& simplex, uno eodemque usos fuisse signo ad sonos tam diversos indicandos, quod multas necessario secum ferret difficultates. Adde quod facillimum fuisset, diversa excogitare, quorum etiam alias non fuerunt parci. Præterea ex analogia τς Chirech (.) longi & (.) brevis satis patet, quænam figura cholem breve exprimat, nim. ('). Ut adeo τω Kometz Kattuph plane non sit opus. Sin vero ad pronunciationem Judæorum nostri temporis quis provocaverit, nemini est ignotum, a prisca & genuina illam in quamplurimis longe recessere, ut hinc rite legendi regulæ frustra petantur.

III. Vocales breves in medio vocis dupplicant & quasi attrahunt sequentem literam.

IV. Si ו & י inter duas vocales constituta fuerint, puncta, quorum fulcra sunt, non ut soni longi, sed breves audiri debent ex. gr. הָוָה leg. Howw. - eh, non Ho-weh.

V. (י) etiam cholem & schurech accipere potest ut illorum fulcrum, quod videtur in vocibus תְּרֵיִם (א) לְעֹזֵר (ב) & multis aliis.

VI. Cholem parvum, si ante שׁ, vel post שׁ collocandum est, per harum literarum puncta diacritica compendiose exprimitur ut חַשְׁבָּן שׁ נָא.

a) 2 Sam. 18, 3.

b) Ps. 89, 18.

§. 14.

Diphthongos (§. 3.) Hebraismus agnoscit, ut (...) in voce יְרוּשָׁלָם raro autem occur-
runt. Hic igitur, ut aliis in linguis, vocalis sola syllabam inchoare potest.

§. 15.

Syllaba (§. 4.) est vel *simplex*, quæ constat unica consona & vocali, ut plurimum longa, ex. gr. בָּ, vel *composita*, duabus, vel pluribus consonis vocali adiectis, sive longa fuerit, sive brevis, ut צָרִ, יְמִי, בָּזֶן, שְׁנָתֶן.

§. 16.

Schva est nota orthographica, monstrans, ad quam syllabam litera vocali destitutam sequens, referenda sit. Estque duplex nim.: *Simplex* & *compositum*.

§. 17.

Schva simplex hujus figuræ (:) dicitur iterum *mobile*, vel *quiescens*. *Mobile* est Imo in initio vocis ut בְּרֵשִׁית. 2do post vocalem longam, ubi etiam suam literam sequenti syllabæ addit, ut פְּקֻדָּה *Pa-kdu*. Nec non 3tio post aliud Schva in medio vocis ut תְּפִקְרָה. *Quiescens* vocatur Imo post vocalem brevem, cuius natura est sequentem attrahere literam (§. 13. n. 3), ideoque per Schva hoc repellitur altera, ut מַלְכִי *mall ki* non *mallk-i* וַיְכִיל *vai-call*, non *vaiic-all*. 2do post quamcunque vocalem sub ultima litera ut בְּתֹהַב, הַרְגָּב, בְּתֹהַב, הַרְגָּב.

3tio

c) 2. Par. 32, 22. Mich. 3, 12. 2. Reg. 23, 5.

3tio ante aliud Schva in medio vocis ut תְּפִקְרִי. Sic etiam 4to cum duo Schvaim in fine vocis occurrunt, post quamcunque vocaliem, utrumque est quiescens ut פְּקָדָת, נְרָדָת.

Not. I. Schva simplex plane nullum habet sonum. Sic, vox בְּרֵשִׁית legenda est breschith. Interdum tamen consonæ, hoc modo per Schva conjunctæ, adeo nobis pronunciatur sunt difficiles, ut cogamur aliquem illi addere sonum. ex gr. in בְּרַכְוּ, ubi efferendum est tanquam e brevissimum h. m. be-rechu.

II. Ponitur sub omnibus literis, sed rarius sub gutturalibus ut in שְׁמַעַת, יְעַתָּה יְחִי, לְהִזְהֹב.

III. Ubi satis patet, vel indifferens est syllabarum ratio, abest vel adest Schva pro scribentis arbitrio. Sic in fine scribitur in רְרִאָה, אֶרְאָם in בְּאַת, רְרִאָה: In medio apparet in וְיַבְתָּחָר, וְאַדְנִי d) non vero in וְאַדְנִי e) וְלִיהְזָה f) & aliis. Ut plurimum ponitur in initio, abest tamen in וְתַקְעֵנוּ.

§. 18.

Schva compositum, quod semper est mobile, datur triplex:

Kateph Patack (.)

Kateph Sægol (..)

Kateph Kametz (')

Hæc habent sonum brevissimum adscriptarum vocalium, ideoque non immerito vocales bre-

d) Gen. 15, 10. e) ibid. 18, 12. f) ibid. 25, 21.

vissimæ nominanda. (confr. BUXTORF. in Gr.)
syllabas tamen non constituunt, sed tantum
officium præstant (§. 16.) memoratum.

Not. I. Figuram (.) quod attinet; satis vide-
rur probabile, illam sonum habuisse o bre-
vissimi; vel, si conjicere licet, τς à Svecorum.
Etenim a brevissimum satis indicatur
per figuram (.)

II. Ponuntur Schvaim composita sæpius sub
Gutturalibus. Rarius sub reliquis ut עֲנָנוּ g) אַצְרָנָה b).

§. 19.

Schvaim vulgo etiam adnumeratur Patach,
furtivum dictum, quod loco Schva, quasi de-
crtatum (.), post quaecunque vocalem ab
א diversam, sub ultima litera gutturali ponitur,
ante eandem celeriter pronunciandum, ut רֹוחַ
Ruabb. At rectius statuimus, veram esse vo-
calem, consideratis, quæ §. 17. n. 2. dicta sunt.
Sic etiam quod ante consonam suam profer-
tur, fit magis pro nostro pronunciandi more,
quam prisco & genuino Hebræo. Unde non
male contendunt recentiores, post literam su-
am (ut ordinariam vocalem) illud esse audien-
dum. Confr. J. W. MEINER Wahre Eigen-
schaften der Hebräischen Sprache p. 107. Sin
vero a nobis recepta legendi consuetudo re-
tinetur, sat multi in Hebræa lingua occurunt
diphthongi (§. 14.)

§. 20.

g) Gen. 9, 14.

b) Esai. 27, 3.



§. 20.

Præter literas & vocales hic etiam obser-vanda veniunt puncta, dicta literaria, quæ li-teris adscribuntur pro dirigenda earum pro-nunciatione, sic vel aliter instituenda. Sunt illa *Dagesch*, *Mappick*, *Meteg* & *Makkeph*.

§. 21.

Dagesch, est punctum literæ impressum, quod aspirationem tollit & literam geminat. Hinc dupli nomine insignitur, nim. *Lene* & *forte*.

Dagesch lene vocatur, si impressum fuerit בְגָרְכֶפֶת *begadchebat*, quarum aspirationem tollit (unde illæ sex literæ, ratione soni, va-riabiles dicuntur) ut בְרָא *bara* non *bhara*. Inscriptitur autem his literis ordinario. Imo in initio vocis ut בְרִשְׁוֹת *odo* post Schva in me-dio, ut מְלֵכִי, שְׁתִים. צִוְיָה in fine vocis, itidem post Schva, ut נִישְׁבָּה & vocalem bre-vem ut אַתָּה.

Forte dicitur, cum reliquis literis, inscribi-tur, easdem post vocalem, sive brevem, sive longam (quanquam hoc rarius occurrit) in pronunciatione duplicans ut פְקָר *Pikk-ked* יִמְמִים *Iamm-mim*. חִרְלָוִי *hhadel-lu*.

Not. I. *Dagesch forte* potestate includit *lene*; literas enim בְגָרְכֶפֶת, aspiratione sublata ge-minat. Sic פְתַן *ftan* legendum *matt-tan*, non *maththan*.

II. pun-

II. Punctum dagesch præcipuam quandam mentis intensionem inter loquendum indicavit, ideoque videmus, unam eandemque vocem illud nunc admittere, nunc abjicere, ut מְקֻדָּשׁ & מְקֻדָּשׁ i). Nonnuuquam etiam in initio vocis adest ut in לְךָ k) & aliis. Omnibus quoque literis ex genio linguæ inscribi potuit. Sic, Malorethis observantibus, quater in נ & duodecies in ר obvenit. Loca ista singula citata vid. ap. WASMUTH *Hebr. Rest.* p. 15.

§. 22.

Mappick nihil aliud est, quam dagesch forte, ita vocatum, cum literæ ה imprimitur, cuius aspirationem duplicat, ut בְּבַתְּ leg. *gabbah* בְּמַתְּ camahh.

NOT. Volunt alii, idem hoc signum esse ac dagesch lene, quod aspirationem tollit (§. præc.), verum enim vero, si illa ab ה aufertur, ipsa litera tollitur, quippe quæ nihil aliud est, quam aspiratio; quemadmodum apud Europæos H. Abtentia τὸ Mappick interdum indicatur per lineolam *raphe*, supra literam ut,罕 raro autem occurrit, quippe nullius usus.

§. 23.

Meteg, hujus figuræ (.) est signum, quod apponitur syllabæ, si ante tonum (qui ut plurimum est in ultima) vox ex mente loquentis

i) Exod. 15, 17. 2. Par. 20, 8.

k) 1. Reg. 3, 11. l) Exod. 6, 10.



quentis, vel scribentis est elevanda ut in יְחִיָּה גַּעֲשָׁה הַלְלוּ הַיְתָה. Unde etiam accentus euphonius vocatur. Interdum ejus loco occurrit accentus Munach ut in חָאָרָם

Not. Illud igitur adscribere, vel omittere Scriptoris arbitrio relictum fuit. Hoc vel inde patet, quod in una eademque voce jam conspicitur, jam abest. Quo in casu ex sola analogia supplendum esse monet cl. DANZ. Cum vero figura non adeo sit intricata, ut cito non potuerit a scriptore addi; potius non necessarium illis in locis fuisse statuimus, quam meteg subintellectum admittimus.

§. 24.

Makkeph (—) est lineola inter voces textus Hebr. posita, quæ easdem ita connectit, ut tanquam unum vocabulum pronuncientur. Hancque ob causam prius, vel priora (si plura fuerint) accentu caret, nullum nisi meteg admittens propter syllabam elevandam (§. pr.). Sic יְהִינֵּן־אָכָל ^{m)} legendum *Iitt-ten-ochell*.

§. 25.

Reliquæ figuræ, quæ infra & supra literis conspiciuntur, sunt accentus, qui duplice apud Hebræos funguntur munere: Imo in qua syllaba tonus vocis sit, indicant. Unde *accentus tonici* vocantur. 2do monstrant, quænam voces quoad sensum conjungi, vel separari debent. Priori ratione hic sunt considerandi:

At

^{m)} Gen. 41. v. 48.



At de officio distinguendi & conjungendi dicere hujus non est loci. Illorum figuræ, situs & nomina in sequenti conspiciuntur tabula:

Distinctivi simplices:

: נ Silluc cum Soph Pasuk.

ב Athnach,

ג Sægolta.

ד Sakeph Katonn.

ה Sakeph Gadol.

ו Tipka.

ז Rebbia.

ח Sarka.

ט Paschta.

י Ithib.

כ Tebbir.

ל Paser.

ט Tlischa Gedolah.

נ Tlischa Ketanna.

ס Geresch.

Conjunctivi simplices:

א Merca.

ב Munach.

ג Maphach.

ד Darga.

ה Kadma.

ו Ierach.

ז Schalscheleth.

Not.



di-
tus
:
s:
ot.

NOT. I. Discrimen inter distinctivum *Pasch-*
tam & conjunctivum *Kadmam* hoc est, quod
ille semper in ultima litera scribitur; hic vero
nunquam.

II. Inter *Ithibh* & *Mahphach* est, quod ille
semper ante primam suæ vocis literam (&
quidem ante ejus vocalem) ponitur, hic vero
Mahpach semper aliter.

Distinctivi compositi:

נ Merca mahpachatus.

ר Rebchia Gereschatus.

צ Merca Chephula. *Conjunctivi compositi:*

ק Karne Para. נ Mahpach cum Sarka.

ג Geraschaim. מ Merca cum Sarka.

פ Psik Schallschelethatus.

מ Psik Munachatus

ט Psik Mahpachatus.

ב Psik Kadmatus.

NOT. Ubicunque horum quemquam vides, to-
num vocis habes, qui est vel in ultima sylla-
labâ,

laba, & vox vocatur *Milra* i. e. *infra*, ut מִלְרָא,
vel in penultima & vocatur *Milel* i. e. *su-*
pra, ut לִלְהָן; nunquam in antepenultima. Si
vero in eadem voce duo adsunt accentus sim-
plices; posterior tantum est tonicus & acuit,
prior autem loco euphonici meteg (§. 23.)
decore syllabam suspendit, ut אַדְמָן נַחֲנָה lege
veha-adam.

§. 26.

Denique attendendum etiam est ad rariores
quasdam literarum affectiones, quæ sacris scri-
ptoribus originem debent, ut celeberrimi sta-
tuunt Philologi, & speciali nituntur ratione;
licet nobis hodie in singulis locis non adeo
obvia. Sunt illæ 1) *Literæ majusculæ*, quæ tri-
ginta in locis occurunt, ut credit cl. PFEIF-
FERUS & alii, ad excitandam majorem admira-
tionem, vel diligentiorem attentionem adhi-
bitæ, ut י & נ Deut. 6, 4. 2) *Minusculæ*
triginta tres, ad indicandum contemptum per-
sonæ, vel rei, de qua agitur, Esth. 9, 7, 9. de
filiis Hamanis. 3) *inversæ & contortæ* ut Num.
10, 35. 4) Quatuor super reliquas *suspensæ* &
quasi *pendulæ*, ut י Iud. 18, 30. 5) Quindecim
in locis *insolentibus punctis insignes*, ut Gen.
19, 33. 6) *Literæ finales* in medio vocis, ut ס
Ezai. 9, 7. vel *initiales in fine*, ut ו Nehem. 2,
13. 7) *Chetibb & Keri*. Illud est vox in tex-
tu extans, hoc margini apposita loco illius,
tempore Masoretarum vel obsoletæ, vel ob-
scenæ.

Not.



NOT. Singula ista loca Masorethæ, circello, supra literam posito, annotarunt. Non autem, ut putant nonnulli, illis pro notis criticis inservierunt. Etenim ejusmodi notas in ipsum textum ponere cum Masoretarum instituto non convenit.

CAPUT II. DE NOMINE.

§. 27.

Voces sunt signa, quibus cogitationes exprimimus. Cogitamus autem 1) de rebus aut per se aut per alia subsistentibus, vel ita consideratis, vel 2) de relationibus & circumstantiis rerum, vel denique 3) de actionibus & passionibus.

§. 28.

Quando voces res per se, vel per alia subsistentes, aut ita consideratas, indicant; *Nomina* audiunt. Si relationes vel circumstantias rerum; generali nomine *Particulæ* appellantur. Et denique cum actiones vel passiones exprimunt, *Verba* sunt.

§. 29.

Partes igitur orationis tres lingua Hebræa agnoscit, quæ sunt *Nomen*, *Particula* & *verbum*.

§. 30.

Primitiva vox vocatur, exprimens ideam, quæ in intellectu, qua substratam materiam, est prima. *Derivata*, quæ primæ plures addit.

NOT. Rectius deducuntur verba a nominibus ut a שָׁשׁ *sex* נְשָׁשׁ *sextavit*, vel in sex partes divisit, a שֶׁרֶשׁ *radix* verb. שֶׁרֶשׁ *radices* egit, quam versa vice. Confr. cl. KOCH in *Gram. Hebr. Philos.*

§. 31.

Nomen vel vox *primitiva* (§. pr.) duabus tantum constat consonis cum vocali longa, & vocatur *semen*, seu *radix bilitera* ut לְלִי. *Derivata* (§. ead.) plures habet consonas ut גַּלְלָר, גַּלְרָר.

NOT: I. Contendunt alias Grammatici, omnia Hebraeorum *primitiva* esse trilitera, quæ *radices* vocant. Sed eadem esse bilitera rationi & aliarum linguarum naturæ multo est convenientius. Rectius deducitur vox trilitera, tanquam major, a bilitera tanquam minori; Alias enim abjiceretur pars signi, cum idea significata augetur. Et quis absconam non judicat derivationem nominis פִּשְׁכִּים *piscis* a trilitero בְּנֵה *instar piscium multiplicatus est.*

II. Praxis quoque biblica aperte satis edocet, *primitiva* esse bilitera; si enim singulas consideras radices triliteras, vix earum viginti invenientur, quæ in Hebraismo radicibus cognatis careant, i. e. ejusmodi, quæ quoad significationem & binas literas sibi invicem sunt similes, adeoque non magis *primitiva* esse possunt, quam Latinorum, *abdo*, *condo*, *prodo*, *reddo* &c. ex gr. e radicibus cognatis נְגַח, *cornibus petiit*, feriit,



feriit, פְּנַבְּנָה manu pulsavit (instrumentum musicum) attigit, pertigit, פְּנַבְּנָה cæcidit, verbaverat, investigatur primitivum נִגְנָה quod tangere in genere notat. Confr. plures vocum familias in medium proferentes cl. LOESCHER in L. de Causis L. H. nec non cl. MUNTHE in diss. de Primitivis Hebr. Bilit. hab. Lundæ 1738. Unde nec seminibus admodum infensi sunt alii magni nominis Philologi, non tamen admissa significatione literarum, quam hieroglyphicam vocant.

§. 32.

E primitivis oriuntur derivatæ, vel loco vocalis longæ apposita brevi, vel plures addendo literas, quæ Grammaticis hoc in casu *serviles* dicuntur.

§. 33.

Literæ istæ *serviles*, sic dictæ, non quod semper serviant, sed quod servire i. e. e voce primitiva derivatam facere, aut varias determinationes ideæ ejus addere possunt, a Grammaticis numerantur undecim: מְשָׁה וּכְלֵב אֲתִין. Addit cl. DANZIUS דָּתָר. Has porro dividunt in serviles a) *Essentiales*: הָאַמְנָתוֹ, seu *heemanticas*, quæ essentiam vocis derivatae ingrediuntur eidemque præpositæ, *præformativæ*, a fine autem appositæ, *afformativæ* nominantur. Notant quoque illas 1) e verbis facere nomina (scil. *verbalia*) 2) in nominibus formare nume-

rum & genus, 3) Præterea in verbis tempora, conjugationes & personas.

3) *Extra essentiales*, quæ constitutæ voci superadduntur otiose, i. e. sine ullo significatio-
nis augmento, 1) in fine ut תְּהִוֵּת, ideo *pa-
ragogicæ* dictæ, 2) in medio, & sunt *Epenthe-
ticæ* ut אָנוֹן, vel denique 3) negotiose (seu
consignificativæ) in principio, ut בְּלֵב מְשֻׁחַ וּבְלֵב מְשֻׁחַ,
de quibus infra.

Not. Observandum, undecim has literas voci-
bus ut serviles addi suo quamque loco. Sic
ab initio communiter serviunt tres: לְבָשׂ ;
ab initio & fine quatuor: הַטְכִּין ; & quatuor
וּזְתָא ubique. Falso autem quædam dicuntur
otiosæ, qualis re vera illarum nulla est; ubi-
cunque enim voci adduntur, significationem
eius aliquo modo augent, quod inductione
monstrari potest; ut adeo sine periculo, fin-
gulas suis gaudere ideis affirmemus, nec magis
otiosas esse, quam, sic dictas, *essentiales* &
consignificativas.

§. 34.

Hæc de vulgarium Grammaticorum *servi-
libus*; cum vero vox primitiva sit bilitera
(§. 31.) & litera in derivatione addita *servilis*
vocetur (§. 32.), etiam reliquæ undecim, hoc
memoriali comprehensæ: טַפְסֶר חֲזַעْצְלָקְטָר, eo nomine venire debent, cum ejusdem sint
conditionis, ut servire interdum possint, idque
in principio, medio vel fine vocis. ex. gr. ל in
fine



fine verbi בַּל a primitivo, quod *confusum quid*, in genere notat. ו in medio וְ & ר in initio וְשָׁגֵן, utrumque a primitivo שָׁגֵן, cuius generalissima notio est *motus*, vel *movere*. Et sic cum reliquis. Cfr. *Lexica*.

Not. Hoc modo e seminibus oriuntur radices triliteræ, ceu derivata proxima, quæ, si literam accessoriæ ab initio naclæ sunt, vocantur *præformatæ*; si in medio, *cavæ* audiunt, (circa quas notandum, non quamvis literam inter seminales poni & radicem cavam formare posse, sed tantummodo quinque אֲהֻנוֹי, nec semper talem habendam esse, quæ unam earum in medio habet) si denique a fine litera accesserit; *afformatae* nuncupantur. De singulis plura agemus infra Cap. IV.

§. 35.

Nomina derivata (§. 30.) sunt vel *simplicia*, quæ descendunt ab uno primitivo ut צֶל *umbra*, מֹות *mors*; vel *composita*, quæ a pluribus ut צֶלמֹות ⁿ⁾ *umbra mortis* vel *lethalis* a צֶל *umbra* & מֹות *mors*. עֲבָטִיט ^{o)} *densum lutum* ab *densus* & עַט *lutum*.

Not. Appellativa composita in Bibliis admodum sunt rara; propria autem sæpiissime occurunt, ut nobiscum אֱבֹרְנוּיָאֵל *Pater excelsus* &c.

B 4

§. 36.

n) Jerem. 13, 16.

o) Hab. 2, 6.



§. 36.

Nomen denotat vel rem per se subsistenter aut ita consideratam; vel per aliud subsistenter (§. 28.). Illud *substantivum*, hoc *adjectivum* vocamus.

קָבָע בֶן *filius* **גַּלְעֵד** *galea*. **אֲבָרָם** *viror*, אָבִרָם *perditio*. **כָּלָבָן** *levis*, **לְבָנָן** *albus*.

§. 37.

Mutatio in voce, quæ adhibetur ad diversum indicandum sexum, *genus* vocatur, estque *masculinum*, vel *femininum*. Hebræa autem lingua naturæ rerum convenienter loquens genera ista non qua omnes voces agnoscit; Nomina tantum rerum sexu distinctarum, & adjectiva ad illa applicata, si sequioris sunt sexus, ut plurimum literas ח, ו, ת additas habent ut **מֶלֶךְ** *Rex*, **מֶלֶכָה** *Regina*. **טוֹב** *bonus*, **טוֹבָה** *bona*. Etiam **מֶלֶכְתָּה** & **טוֹבָת**. In reliquis nomina adjectiva utroque modo substantiva adficiunt, prout emphasis postulaverit, dum dictæ literæ voci apponuntur, vel absunt.

Not. I. Ad regulas Grammaticorum genus dignoscitur vel significatione, vel terminatione.

a) Significatione *Masculina* erunt nomina propria virorum, virilium officiorum, fluviorum, montium, populorum & mensium. *Feminina*: Nomina propria mulierum, muliebrium officiorum, urbium, regionum & provinciarum.



vinciarum. *Communia*: nomina animalium sub una terminatione utrumque sexum notantia, nec non numeralia a viginti ad centum.

β) Terminatione *feminina* habentur desinentia in ה cum vocali (τ) & ת affirmativa: reliqua *masculina*. Verum enimvero majori jure statuunt alii, Hebræos genera ista non habuisse, vel saltem non adeo rigide observasse. Nec cuiquam id videatur paradoxon, cum aliis etiam in linguis orientalibus, in nulla plane orationis parte adhibeantur, ex gr. Turcica, Armenica, Iberica & Persica. Vid. *Critic. S. PEEIFFERI*. Contentit quodammodo R. SCHELOMOH JARGHI, cujus verba ap. cl. CARPOV in *Arte ideam dictinct. voc. Hebr. formandi* p. 56. hæc sunt: **כל רבר** i.e. **שָׁאַנְן בּוֹ רֹחֶחֶת חַיִּים זְכָרוֹ וּנְקָבָה** i.e. omnem rem, cui non est spiritus vitae exprimate tam masculino, quam feminino genere. Et sane nihil masculini, vel feminini res plurimæ ex sua natura involvunt. Præterea exempla in codice Hebræo non tam pauca, satis luculenter comprobant, neque ex significatione, neque terminatione firmas, pro generum differentia, tradi posse regulas. Sic occurrit **אַחֲת אָרֶץ** *p)* **terra una** (masc.) pro **אַחֲת** *p)* **Nebo** (nomen urbis) *alias*, pro **אַחֲת** *q)* item **רַמְשָׁק מֹסֵר** *Damascus removendus r)* **הַמְּחֻנָּה הַאַחֲת** *t)* **agmen unum**

B 5

(fem.)

p) Ezech. 21, 24.*q)* Nehem. 7, 33.*r)* Esai. 17, 1.

(fem.) & mox **רֶמֶחָנָה** **הַנְשָׁאָר** *agmen relatum* (masc.) **רֶמֶחָן**. Plura exempla infra suo loco adducemus. Attamen, si quis Hebræa scribit, hic ut alias, valet canon: *Quod saepius occurrit saepius usurpandum.*

II. Si **ת** in nomine sexus dignioris obvenit, inanet etiam in sequiori, ubi diversitas tantum per vocalem longam (τ) exprimitur ut **רוּהַ languidus**, **רוּהַ languida**. **יְפֵחַ pulcher**, **יְפֵחַ pulchra**.

III. Terminationem vocum in **ת statum nominis constructum**, vel *regiminis* veteres Grammatici vocant, i. e. quando nomen regit post se aliud nomen, quod apud Latinos in genitivo ponitur, ut **רְבָר יְהוָה** *verbum Domini*; qui, ut perhibent, præter vocales mutat terminationem **ת** in **ת**, ut **חִיתְשָׁרָה** *bestia agri*, pro **חִיתָה**. Sed istum statum merito rejicimus; Etenim Imo non omnes concernit voces, dantur quippe quamplurimæ, quæ nullam, qua vocales, subeunt mutationem, sed eandem in statu absoluto & constructo retinent formam ut **גָבֵיר**, **פְּחַת**, **שְׁבָר** &c.

2) Occurrit terminatio absoluti **ת** in vocibus constructis ut **חַמָּה אֲפֹו** *excandescens iræ ejus.* t) Et versa vice, constructi ubi nulla est constructio, ut **בְּחוּתָ בְּגָרִים** **וְלִכְרוֹ** *in*

§) Gen. 32, 9.

¶) Esai. 42, 25.

elt-
suo
ræa
tius

ma-
rum
הַדָּר
יְפָר

in pravitate perfidi capientur u) אָתֹה שָׁנָת רְעִינִי in pravitate perfidi capientur u) אָתֹה שָׁנָת רְעִינִי dabo somnium oculis meis x) &c. Unde colligimus, statum constructum in natura lingua non esse fundatum. Neque periculum confusione inde timendum; voces quippe, quæ ob regimen formas mutare dicuntur, æque ex contextu dignosci possunt ac aliæ, quæ non mutantur.

§. 38.

Comparatio nominum adjectivorum fit per particulam vel מֵן, ut טוֹב מְפֻנִּין טוֹב bonus præ margaritis i. e. melior margaritis. Superlativus fit 1) geminatione positivi, ut טוֹב טוֹב optimus. 2) Adiecta particula מְאֹד valde, ut טוֹב מְאֹד bonus valde, vel optimus. vel 3) per particulam בְּ בְגָנוֹיִן קָטָן parvus in gentibus i. e. minimus gentium.

§. 39.

Res per se subsistentes &c. (§. 28.) concipere possumus vel ut unam, vel ut plures. Hinc declinatio vocum per numerum, qui est vel singularis, quo res unica, vel pluralis, quo plures indicantur.

§. 40.

Ipsum nomen numerum singularem constituit, pluralem vero Hebræi faciunt addendo singulari literas וּ, יְ, זְ, תְ & וּ cum punctis adscri-

u) Prov. 11, 6.

x) Ps. 132, 4.



adscriptis h. m. וְתִזְׁרֵעַ & וְתִזְׁרֵעַ. Sæpe
conjuguntur ut וְתִזְׁרֵעַ וְתִזְׁרֵעַ.

Not. I. Hæ terminationes omnes in Bibliis occurunt, licet non æque frequentes. Sic ij. duodecies, 5 decies tantum numeravit WASMUTH in *Hebr. Rest.* p. 65. Probe autem formam nominis singularem cognitam habeamus, ne terminationes istas in singulari oblatas pro pluralibus accipiamus, ut אָוֹת signum, עֲבָתָה funis, פְּרִי fructus, שְׁבִי captivitas &c. quanquam accurate loquendo pluralitatem inferunt, si rite considerantur, nim. אָוֹת est quidem funis, sed e pluribus in unum collectus, פְּרִי אָוֹת signum & signatum involvit: פְּרִי est nomen collectivum, שְׁבִי abductiones continuas captivorum importat, & per tropum antecedentis pro consequente captivitatem; Si vero ulteriori pluralitate ejusmodi indigent, haud secus ac alia singularia terminaciones plurales adsumunt ut אָתָק signa, עֲבָתִים funes &c.

II. וְתִזְׁרֵעַ & תִזְׁרֵעַ esse terminationes nominum femininorum, ut וְתִזְׁרֵעַ & וְתִזְׁרֵעַ, masculinorum contendunt Grammatici. Id autem frustra asseritur; dantur enim haud pauca masculina in plurali in וְתִזְׁרֵעַ exeuntia ut אָב pater patres. Et versa vice feminina in וְתִזְׁרֵעַ ut נְשִׁי mulieres. Multa quoque cum his, tum illis terminationibus simul utuntur, quæ singula recensu-

y) Gen. 25. v. 16.



censuit WASMUTH l. c. confr. præterea quæ de genere nom. §. 37. n. 1. dicta sunt.

III. Ad pluralem referendus etiam est *numerus dualis*, qui adhibetur ad denotandas res duas, imprimis quæ natura, aut arte sunt geminæ, & terminatur in יְדַיִם, ut יְדַיִם manus duæ, רְגָלִים pedes duo &c. quæ tamen nomina formas plurales non respuunt ut רְגָלֵי, יְדֵי.

IV. Terminationem י vocant statum constructum nominis pluralis, vel dualis, quem non adiunxit vid. §. 37, n. 3. Occurrit enim etiam hic 1) forma absoluti in vocibus constructis, ut אמרו אמת verba veritatis 2). Et in eodem versu אמרו אמת. Unde patet utramque indifferenter fuisse adhibitam. Item תְוֹרִיּוֹת אֶבֶן Ordines lapidis a). אלְהַיּוֹת Deus exercituum, sacerdotis. Nec non 2) sic dicti status constructi, ubi nulla est vocum constructio, ex. gr. תשׁמוֹן קְנַצִּי לְמַלְיאָנִים ponetis finem sermonibus. b) חֲשַׁתִּיבָת בְּמַזְרָקֵי יְהֻן b) phialis vinum. c) נְבוֹאִי מִלְבָבָת Prophetæ corde eorum, i. e. ad animum eorum. d) Mox in eodem versu נְבוֹאִי יִשְׂרָאֵל Prophetæ Israelis. Et sic multa alia.

V. De-

- z) Prov. 22, 21. a) Exod. 28, 17.
- b) Iob. 18, 2. c) Amos 6, 6.
- d) Ezech. 13, 2.



V. Denique nomina nonnulla, in primis propria, atque liquorum & metallorum in *singulari numero* tantum, in Hebraismo obveniunt. Alia sunt *pluralia* tantum, ut nomina ætatum ex. gr. **שְׁנִינַת** *senectus* **בָּרִית** *pueritia* &c. talia nimirum, quæ ex sua natura alterutrum respuunt numerum, ut reliquis in linguis. Alias sciendum, quamplurima occurrere singularia, quorum pluralia, & versa vice, in codice sacro non existant, exiguae quippe molis liber haud oīnes voces, quæ oīlin in lingua viguerunt comprehendere potest.

§. 41.

Declinationes per *casus*, ut vocantur, diversarum terminationum, Hæbræi non habent; sed e constructione sermonis, in primis e cohærentia, aut separatione vocum per accentus, dijudicandi sunt. Nam quod *dativum*, *genitivum*, & interdum etiam *accusativum* denotare dicitur, linguam tantum latinam concernit, ad cuius genium idea hujus particulae per varios casus exprimi potest. Particula **תְּ**, quam post verbum activum *accusativum*, post passivum & neutrum *nominativum* involvere dicunt, est nomen substantivum, significans *essentiam*, *ipseitatem*, adeoque sequentis nominis, cum quo construitur genitivum postulat. Hinc, optime ut nota hujus casus semper assumitur, id quod variis exemplis probatum dedit cl. CARPOV. in Art. *Ideam dist. de Voc. Hebr. formandi*, p. 72. & sequ.

§. 42.



§. 42.

Nullæ vocales in nomine mutantur, nisi quod vocalis longa corripitur sæpe in (:) propter incrementum finale, ne nim. vox multas accipiat syllabas & inde pronunciatur difficultior evadat. Voces vero, in quibus mutatio illa obtingere videtur, partim sunt synonyma, (ut יְרָא, וְרָא & וַיְרָא quaequonam fuerunt in usu) non tamen perfecte talia; nisi forte dialectis Hebræorum hoc in negotio aliquid sit tribendum, de quibus vid. *Dissert. JOH. DAN. KIESLINGII*, hab. *Lips. 1712.* Partim in illis mutatio statuitur Imo ex falso principio primitivorum triliterorum: ut cum (...) dicitur alternare pro (-) in voce שָׁמֶן, quod alibi est שָׁמֵן. At illud est ipsum semen (§. 31.) hoc derivatum; vel 2do) ex assumto statu constructo, quem nullum esse §§. 37. n. 3. & 40. n. 4. contendimus; vel denique 3tio) formæ nominum confunduntur, ex quo non potuere non alternationes fieri admirandæ; ut cum לְהֻבּוֹת dicitur plurale a singulari לְהֻבּת, rectius est a לְהֻבּ, tum regularia, qua hoc nomen, sunt singula. Sic מלכִים reges non est a singulari מלך, sed quod ab illo differt, tanquam apud nos voces: König & Regent. וּמִימָות & יִמְתָּה dies non sunt pluralia a יְהִי; tunc enim forent יוּמִים & יוּמִות, ut a singul. כּוֹסֹת fit plural. כּוֹסֹת e); sed a singulari inusitato יְהִי vid. cl. SIMON. *Introduct. Gram. Crit. in Ling. Hebr. p. 63.* Et sic in reliquis omnibus. Cfr. §. 40, n. 5.

CAP.

e) Gen. 40, 11. Jerem. 35, 5.



(32)

CAP. III.
DE PARTICULIS.

§. 43.

Ad particulas (§. 28.) merito numerantur voces, quæ quantitates rerum indicant & a Grammaticis *nomina numeralia* vocantur.

§. 44.

Horum quædam numerum in abstracto denotant; alia in concreto. Illa *cardinalia*, hæc *ordinalia* audiunt.

§. 45.

Cardinalia sunt sequentia:

FEM.

MASC.

אחת	una.	אחד	unus.
שְׁתִים	duæ.	שְׁנִים	duo.
שֶׁלֶשׁ	tres.	שְׁלֹשָׁה	tres.
אַרְבַּע		אַרְבָּעָה	quatuor.
חַמֵּשׁ		חַמֵּשָׁה	quinque.
שׁ		שְׁשָׁה	sex.
שְׁבַע		שְׁבֻעָה	septem.
שְׁמַנְתָּה		שְׁמַנְתָּה	octo.
תְּשִׁעָה		תְּשִׁעָה	novem.
עָשָׂר, עָשָׂלה		עָשָׂרָה	decem.
		אחת עָשָׂרָה	undecim.
		שְׁנִי עָשָׂרָה	duodecim & sic porro.
		עָשָׂרִים	viginti.

Not.



Not. I. Ex hisce fiunt *ordinalia*, hoc modo ad-dito : **חַמְישִׁי**, **רְבָעִי**, **שְׁלִישִׁי** : *tertius*, *quartus*, *quintus* &c. (duo autem prima habent **רְאֵשׁוֹן** **שְׂנִי** *secundus*). Huic iterum si super-addis ת (§. 37.) habes ordinalia feminina, ut **חַמְישִׁית**, **רְבָעִית** *quarta*, *quinta*, nec non, sic dicta, adverbia numeralia ex. gr. *quarto*, *quinto* &c.

II. Sub titulis masculini & feminini ordinavimus, prout saepius occurruunt ; sciendum tamen, cum generibus numeralium eodem modo comparatum esse ac cum nominum (§. 37. n. 1.) Observa quoque, exeuntia in ה etiam obvenire cum terminatione ה, ut **שְׁבֻעָת יְמִים** *septem dies*. Vix aliter latine reddi potest. At ratio eorum in lingua Hebr. abstracta est, unde videmus, modo cum nominibus singularibus, modo cum pluralibus constructa, ut **עֲשָׂרִים** **שְׁלֹשֶׁה** **מֶלֶכִים**, **שְׁנָה** *dyas decadum anni*, *trias Regum*.

III. Numeralia a tribus ad decem in plurali tot denarios notant, quot unitates singularia, ex. gr. **אַרְבָּעִים** **שְׁלֹשִׁים** *triginta* *quadraginta* & sic porro usque ad **מֵאָה** *centum*, hinc **מֵאוֹת** *ducenti*, **אֶלָף** *tricenti* &c. *mille*.

§. 46.

DE PRONOMINE.

Particulæ, quæ loco nominis ponuntur, ad evitandam justo crébriorem ejus repetitionem, *Pronomina* appellantur.

§. 47.

Dividuntur hæc apud Hebræos in *separabilia*, quæ separate scribi possunt; & *Inseparabilia*, quæ voci semper a fine annexuntur ideoque *suffixa* vocantur. Illæ sunt: sic dicta, *personalia* casus recti Latinorum, *demonstrativa*, *relativa*, & *interrogativa*; *Hec* vero sunt *personalia* casus obliqui Latinorum & *possessiva*. Pronominibus *reciprocis* carent, quorum loco, dum post verba requiruntur, adhibetur conjugatio Hithpael, de qua infra; Enumerata reliqua in subjectis vide schematibus:

Personalia casus recti:

	SING.	PLURAL.
I. Persf.	[C. נָחָנוּ, אַנְכִי, אַנְכִינוּ] ego [C. נָחָנוּ, אַנְכִי, אַנְכִינוּ] nos.	
II.	[M. אַתָּה, אַתָּה tu [M. אַתָּם - - vos. F. אַתָּה - - tu [F. אַתָּם - - vos.	
III.	[M. הַמֶּה, הַמֶּה - ille [M. הַמֶּה, הַמֶּה illi. F. הַמֶּה, הַמֶּה - illa. [F. הַמֶּה, הַמֶּה illæ.	

Demonstrativa:

אֵלֶּה, אֵלֶּה hi, hæ, illi, illæ,	Relativum:
זֶה hic, זוּ, זוּתָה hæc, ista, (*) hic.	qui, quæ, quod, est utriusque
הַלֹּזֶן, הַלֹּזֶן, הַלֹּזֶן iste, ista.	numeri.

Interrogativa:

מי quis? מה, מַה quid?

Perso-

f) Thren. 3, 42.

(*) Ezech. 47, 13.



Personalia casus obliqui, s. suffixa:

SINGUL.

PLURAL.

I.P.	[C. נָנוּ, נָנָה, נָנָי, נָנָי, g) נָנוּ, נָנָה, נָנָי, נָנָי, g)	[C. נָנוּ, נָנָה, נָנָי, נָנָי, g)
II.	[M. בְּנָה, בְּנָי, b) בְּנָה, בְּנָי, i)	[M. בְּנָה, בְּנָי, b) בְּנָה, בְּנָי, i)
III.	[M. אֲחָת, אֲחָת, k) אֲחָת, אֲחָת, h)	[M. הַמִּם, הַמִּם, F. לְלִין, l)

NOT. I. Singula quidem hic exposita occurunt, sed alia saepius, alia rarissime. Puncta praecedanea conspicuntur, si vox, cui pronomen affigitur, exit in consonam; sin vero vocali terminatur, abesse possunt. Observandum quoque, suffixa nominum pluralium eadem esse, quæ singularibus affiguntur inque eo differre tantum, quod pluralis nominum terminatio ו vel י præcedit. Particula autem מ est pronomen tertiae pers. singul. cum plural conjunctuī.

II. Inseparabilia personalia & possessiva eadem sunt, pro diversitate tantum vocis, cui annectuntur, diversis funguntur officiis: nim. post

C 2 nomi-

g) Gen. 25, 50. Cant. 4, 9. Ps. 102, 24.

h) Gen. 6, 14. ibm. 38, 24. Jes. 29, 3.

i) Gen. 3, 16. 2. Reg. 4, 7.

k) Gen. 15, 10. Exod. 35, 11. 2. Sam. 14, 22.

Iob. 33, 28. Gen. 49, 11. Ps. 116, 12. Exod. 2, 9.

l) Gen. 2, 21. ibm. 6, 14, 16.

m) ibm. 30, 33. Thren. 4, 17. Ios. 9, 12.

nomina sunt *possessiva*; post verba autem & particulas *personalia*.

III. De generibus pronominum idem sentiendum quod de nominum (§. 37, n. 1.) ut exemplis evincitur. Sic pron. masc. הָנָה constuitur cum voce מִשְׁבַּעַת *n*) quod ad regulas esset femininum, cum terminetur in ה servile. Masculina terminatio ו usurpatur de feminis *o*). Pronom. fem. הָנָה tu loco הָנָה adhibetur in compellandis personis masculinis *p*). Et plura alia passim occurunt. Ex quibus concludit etiam max. Rev. D. MIGHAELIS in *Dissert. de Soloecismis generis &c.* Halæ hab. 1739, pronomina Hebreorum antiquissimo ævo aut plane non habuisse, aut saltem rigide non observasse differentiam generis.

§. 48.

Præter nomina numeralia & pronomina jam exposita, particulæ occurunt, quæ adhibentur ad circumstantias: loci, temporis &c. denotandas. Illæ generali nomine *adverbia* vocantur. Et sunt itidem *separabiles*, vel *inseparabiles*.

§. 49.

Particulas adverbiales separabiles vide alibi; Hæ vero septem (singulæ unica litera constantes, ideoque a Grammaticis literæ serviles confi-

n) Jos. 2, 17.

o) Exod. 2, 17.

p) Num. 11, 15. Deut. 5, 24. Ezech. 28, 14.



consignificativæ dictæ Cfr. §. 33.) מְשָׁחַ וּכְלָבַב inseparabiles sunt & voci ab initio præponuntur, quare præfixa nominantur.

NOT. Non confundenda *præfixa* & *suffixa*, vel *affixa* (§. 47.) cum *præformatis* & *aformatis*, de quibus §. 33. & infra. Hæc posteriora ad essentiam vocis pertinent, at illa non item.

§. 50.

Præfixorum puncta vocalia una cum eorumdem significationibus sequenti in tabula conspicuntur:

א - sæpiissime (..) (:) vel (.) q) cum vel sine sequente dagesch. Significat Latinorum Ex, ab &c.

ו - sæpiissime (.) cum vel sine sequente dagesch, rarius (-) (:) & (τ) r) notat qui, quod, quia, quando.

ה - sæpiissime (-) sequente, vel non sequente dagesch, rarius (τ) (.) (.) usurpat ut demonstratio & æquipollit Græcorum ὅ, ἥ τό. Interdum est signum vocationis & interrogationis.

C 3

1 ha-

q) Gen. 11, 6. 1. Sam. 19, 16. Gen. 19, 11.

r) Hez. 8, 6. Iob. 19, 29. Eccl. 2, 27. Jud. 6, 17.

s) Gen. 6, 16. ibm. 3, 24. Exod. 19, 9.
Jes. 11, 3. Gen. 27, 36.



habet (:) rarius (-) (.) (.) (τ) & Schurech.

Duo posteriora puncta semper obtingunt
ante בַּמְּנָה. Copulationem sermonis indi-
cat & verti potest ε ast &c.

כ - (:) (τ) (.) (..) (.) (-) ⁱⁱ Confert res
tanquam similes, unde per sicut latine
verti potest.

ל - (:) (τ) (..) (-) (.) (.) ^x. Refert unum
ad aliud tanquam motum ad locum &
vertitur in, ad &c.

ב - (:) (τ) (..) (-) (.) (.) ^y. Notat inex-
istentiam & redditur in.

Not. בְּכָל-בָּcum præfiguntur infinitivis, La-
tinorum gerundia designare dicuntur, ita ut
בָּ formet gerundūm in do, בָּ significet cum,
quando &c. לְ gerundium in dum & di, מְ ite-
rum gerundium in do; Nec negamus, sæpe
per hæc commode ejusmodi constructiones
Latine reddi posse; alias tamen æque bene ut
nomina vertuntur ex. gr. in revertendo,
vel in reversione, לְמוֹת ad moriendum, vel ad
mortem, בְּבוֹא cum ueniret, vel ad, circa ad-
ventum. Vulgo etiam tres priores כָּלָב pu-
tantur extrudere הָ demonstrativum & assu-
mere

^{z)} Gen. 1, 2. ibm. 3. 2. Sam. 19, 41. Gen. 4, 12.
Jef. 19, 9.

ⁱⁱ⁾ Gen. 21, 16. ibm. 3, 5. 49, 4.

^{x)} Gen. 1, 14. 29, 26. 19, 11.

^{y)} Gen. 1, 1. 30, 38. 19, 11. 1. Sam. 26, 20.



mere ejus appropriatum punctum, ut legatur
ex. gr. בְּשָׁמֵי־ pro בַּהֲשָׁמִים ; Id vero
non concedimus, inveniuntur enim 1) loca,
in quibus, ה manet, etiam his præfixis, ut
בְּהֹרֶךְ : a) לְהַגְּרִים b) כְּחַכְמָה &
sæpius. 2) observatur punctatio ista ה de-
monstrativi interdum, ubi ordinarie locum
habere nequit, confitente WASMUTH l. c. p. 54.
De singulis his particulis vid. pl. in syntaxi.

CAP. IV. DE VERBO.

§. 51.

Nomen actiones vel passiones exprimens ver-
bum vocatur (§. 28.) estque primitivum, si
duabus constat consonis & vocali longa, deri-
vatum, si pluribus cfr. §. 31-34.

NOT: Verba a nominibus non discerni posse,
nisi quatenus actiones & passiones respiciunt,
ipsa docet experientia. Sic ex. gr. Semina
סְפִלָּה & מַתָּה sunt nomina, quæ latine verti
poslunt hostis, homo, & eadem quoque verba
fieri possunt ut קָמָה, מַתָּה insurrexerunt, vel
hostiliter egerunt, mortui sunt. Infinitivus,
& participium, de quibus infra, præfixa & af-
fixa admittunt more nominum vid. cl. CAR-
POV l. c. p. 8. & sequ. ut adeo sine relatio-
nibus agendi & patiendi naturam nominum

C 4 perfe-

z) Eccles. 8, 1.

a) Ezech. 47, 22.

b) Nehem. 9, 17.



perfecte repræsentent. Idem de radicibus triliteris **מְלָא**, **מְלָא**, **חַטָּא** &c. dicendum est, quæ alioquin sunt pura nomina, licet in præterito interdum occurrant.

§. 52.

Verba in quinque commode dividuntur classes, quarum primam constituunt.

SEMINA (§. pr.) ut **גָּל**, **קָרְבָּן**. Hæc sequuntur

II. GEMINATA VERBA, sic dicta, quia unam alteramue seminis literam geminant, ut **בְּלִל**, **בְּבִל**, **בְּבִיל** a sem.

III. VERBA CAVA, quæ literis seminalibus literam interponunt ut **צְיֻעַ**, **נְעַשֵּׂה**, **קְוִוָּתָה**, **מְאֹסָה**. Conf. §. 34. n.

IV. PRÆFORMATA, quæ literam diversam ab utraque seminali primitivo præponunt, ut **גְּרָאָה** a **אֲרָה**.

V. AFFORMATA, quæ contra literam diversam, semini a fine addunt ut **עֶרֶךְ** & **עֶרֶב** **עֶרֶב** & **עֶרֶךְ** ab.

Hæ quatuor posteriores generali nomine **radices**, seu **verba trilitera** vocantur.

NOT. Putat max. Ven. LOESCHERUS, dari verba seminalibus simpliciora, (*embryones* illi dicuntur) quæ abjectis præformatis & afformatis servilibus, unicam retinent literam, ut **תְּתָם**, **אֲתָם** & similia, veteribus Grammaticis *dupliciter imperfecta* nominata. At litera, quam præforma-



formatam censet, est prima seminalis ut **וְיִנְשֹׁלֶת** ^{a)} semine : **וְיִנְשֹׁלֶת**, ^{c)} quod nudum occurrit. Sic etiam **וְיִנְשֹׁלֶת** ^{d)} significationem habet præteriti. **אַל־יִנְשֹׁלֶת** ^{e)} verti debet: ne *declinans sis*, sive *ne declina*; est enim imperativus.

§. 53.

SEMEN generalissimam habet notionem, vid. LOESCH. *de caus. L. H.* p. 367. ut **סָבֵךְ** tegere. VERBA GEMINATA significationem sui seminis geminant ut **סָבֵךְ** multis modis, vel copiose tegere. CAVA habent respectum ad interiora, sic **גָּלַל** est simpliciter volvere. **גַּיְל** ex intima lætitia se commovere. PRÆFORMATA important actum ex significatione seminis consequentem, ut **כָּבֵל** est confusum quid, **כָּבֵל** ejus consequens, ut *nauci*, vel *stultum esse*. AFFORMATA etiam consequens ex significatione seminis important, sed hoc cum discriminé, ut idæ accessoriæ, semini antea cognito, superaddantur ex. gr. **הַמְּנֻצָּה** *multitudo*, **הַמְּנֻצָּה** *multitudinem propagare*. Plura exempla vide ap. LOESCH. I. c.

§. 54.

Præter semina & radices triliteras, quarum varias classes (§. pr.) exposuimus, dantur etiam in Hebraismo verba quadrilatera, quæ ab illis sex oriuntur modis, nim. Imo) Eodem semine

C 5 dupli-

c) Hos. 6, 1.

d) Ibid. 11, 4.

e) Prov. 4, 5.



duplicato ut שְׁעַשְׁע oblectavit f). 2do) Duo-
כָּרֶסֶם bus diversis feminibus conjunctis, ut
סuffodere g) a כְּרִ fodere & סְסִ sutinere.
3to) Radici præposita litera, ut זְנֵחַ אֲזֵנֵחַ a h).
4to) וּ vel י' cholemato, vel schurechato inter
secundam & tertiam radicalem posito, ut a
שְׁמַר custodire fit שְׁמִיר custoditus est, quæ
forma alias participium pahul vocatur, de quo
infra. 5to) Interposito וּ vel י', rarissime alia
litera, inter primam & secundam radicalem, ut
a רְשִׁפְתִּ שְׁפֹת judicavit, ab עַרְבִּ שְׁפָט nudus fuit
עִילְמִ, & denique 6to) litera a fine adposita,
sive radix fuerit præformata, cava, vel affor-
mata, ut a נָוָס fugere fit נָוָס.

Not. Hæc verba omnia plus involvunt quam
radices triliteræ, ut adeo nullæ literarum, quæ
adduntur in fine, medio, vel initio, otiosæ sint
habendæ, quomodo autem ab illis & a se in-
vicem differant, alio loco ex instituto mon-
strabimus, ne hic justo simus prolixiores.

§. 55.

Quinquelitera verba etiam obveniunt,
quamquam rarissime, a quadrilateris orta; vel
præposita litera ut חַלְחָר i) subnigra a חַלְחָר;
vel inserta litera in medio ut דְּרוֹשָׁ k) inqui-
vere a דְּרוֹשָׁ; vel denique a fine addita, ut
יְפִיבִּ j) pulcherrimus factus est, a יְפִיבִּ.

§. 56.

f) Ps. 49, 19.

g) ibm. 80, 14.

h) Jes. 19, 6.

i) Cant. 1, 6.

k) Esr. 10, 16.

l) Ps. 45, 3.



§. 56.

Verbum (§. 28.) requirit, subjectum, quod prout agens, vel patiens consideratur, forma verbi dicitur *Activa*, vel *passiva*.

§. 57.

Semina porro & radices verbales, quas §§. pr. exposuimus, indicant vel 1mo) actionem, aut passionem subjecti; vel 2do) quale subjectum sit, & in passivo, quale fiat; vel denique 3tio) statum subjecti relativum, i. e. quale versus aliud se habeat, & in passivo quale ab alio habeatur. Inde M. V. L O E S C H E R O verba omnia, qua interiorem illorum naturam, in tres distribuuntur classes, & sunt verba **A C T U S**, **Q U A L I T A T I S**, vel **S T A T U S**, quæ ultima interdum statum & actus connexos inferunt.

N O T. Verba *actus* sunt vel actus transitivi, ut **רָבֶּר** *visitavit*, vel intransitivi, ut **רָבֶּר** *locutus est*, quæ in forma passiva receptionem actionis, ab alio profectæ, denotant, ut **נִפְקַר** *visitatus est*, **נִרְבֵּר** *locutus factus est*, sit venia phrasí. Verbum *qualitatis* **נִכְלֵל** *caducus est*, in passivo si obtingeret, foret *caducus factus est*. Verbum *status* relativi: **מֶלֶךְ** *rex fuit*, *regnavit*, in passivo: *in hunc statum translatus est*, vel *Rex ab aliis habitus est*. Facilius vero hæc intelliguntur, quam commode Latinis verbis, vel unius linguae, redduntur.

§. 58.



§. 58.

Conjugationes sunt flexiones vocis verbalis (§. 28.) modum & tempus agendi vel patiendi, nec non subjectum actionis, vel passionis determinantes. Tales hebraismus agnoscit quatuor, quæ singulæ habent formam *activam* & *passivam* (§. 56.) & non solum fono a se invicem differunt, sed etiam significatione.

Not. Reapse non est nisi unica conjugatio in quatuor classes divisa; Sunt tamen qui sex, octo, vel novem numerant. Quin, alii undecimi contendunt, vid. SIMONIS *Introduct.* *Gram. Crit. in L. H.* p. 198. In hoc vero ut a veteri discedamus tramite non est opus; utrum enim conjugationes, an classes vocentur parvi refert. Singulas peculiari nomine Grammatici insigniunt; prima nim. Activa *Kall* dicitur, *Pass. Niphal*, secunda *Act. Piel*, *Pass. Pyal*, Tertia *Act. Hiphil*, *Pass. Hophal*, vel *Huphal*, quarta *Act. Hithpael*, vel *Ethpaal*, *Pass. Hathpael*, vel *Nithpael*. Ab antiquo paradigmate *Paal* hæc conjugationum nomina sunt desumpta (præter *Kall*, quod ad significationem suæ conjugationis pertinet) & formas illarum, qua vocales, repræsentabunt; quod quamvis raro præstent, justas tamen ob causas, usu recepta retinentur.

§. 59.

Conjugatio PRIMA activa simpliciter significat, pro ratione verborum actus, qualitatis, vel



vel status (§. 57.). *Passiva simplicem patiendi rationem involvit.* Sic verbum actus transitivi פָּקַד visitavit passivum habet נְפָקֵד. *visitatus est.* Verbum qualitatis מְלָא plenum esse, pass. נְמָלֵא plenum fieri. Verbum status עֲבֹד servire, pass. בְּעָבָד in statu servili servitiis coli, vel potius in statum servilem redactum esse.

NOT. Verba quædam formæ passivæ, hujus conjugationis, significationem activam, vel deponentiam Latinorum habere credunt nonnulli, exempla adferentes: נִשְׁבַּע juravit, נִשְׁעַן incubuit, נִקְרַב pugnavit, נִלְחַס appropinquavit. At versionibus id debetur, quæ sensum in suis linguis expresserunt, non naturam ipsorum verborum. Allata exempla & similia, vera passiva esse deprehenduntur, si rite considerantur; Sic נִשְׁבַּע est vox ritualis & verti debet: *intra septem constitutum esse.* Cfr. Gen. 21. נִשְׁעַן proprie est *fultus fuit*; nam qui incumbit fulcitur ab eo, quod subest. נִלְחַס proprie loquendo est *consumtus fuit*; nam bellum consumit tam victores, quam victos. נִקְרַב notat *ahunde promotum appropinquare.* Et sic cum reliquis.

§. 60.

Conjugatio SECUNDA activa actionem facit prægnantem, actum actui imponit, & exercitium actus, qualitatis, vel status dat. Actus itaque verbi transitivi primæ conjugationis augetur



getur in secunda, ut רַרְפָּה est simpliciter *persequi*, רַרְפָּה est *studiose persequi*. Actus intransitivi primæ, exercitium indicatur in hac, ut רַקֵּד *saliit*, רַקֵּד *exercuit* *se saliendo*, vel viciibus iteratis *saliit*. Verba qualitatis in hac conj. traducuntur in actum ut רִישֵׁר *rectus fuit* יִשְׁרֵר *opere rectus fuit*, i. e. *rite direxit*. Et denique verborum status hic innuitur exercitium, ut בְּשָׁבֵן *habitavit*, שְׁבֵן *continuo habitavit*, vel *rectius*, barbare si loqui licet; *exercuit habitationem*. *Passiva* recipit, vel patitur id, quod fit in activa. Sic si activum fuerit transitivum; passivum notat *actionem studiose peractam pati*; si fuerit intransitivum, *pati ut actus iste intensive exerceatur*; Si activum qualitatis fuerit, *pati qualitatem in exercitium venire*; sin *status*, *pati*, *ut exerceatur idem status*.

§. 61.

Conjugatio TERTIA activa actum tam transitivum, quam intransitivum jam factos, vel faciens declarat & manifestat, item subjectum qualitatem, aut statum recepisse, vel recepturum esse. Sic verbum actus transitivi יִשְׁכַּבְנָה m) qua sensum optime vertitur: declaravit, omnia ad expeditiōnem matutinam faciendam peracta esse. Verbum actus intransitivi לְהִארֵד n) ad manifestandam lucem &c. Verba qualitatis, ut וַיְלִבְנֵנוּ o) mafife-

m) Gen. 19, 27.

n) ibid. 1, 15.

o) Esai. 1, 18.

nifestum erit (peccata) instar nivis albescere. Cfr. Reverendiss. Episc. D. ENGESTRÖM in *Hebraism. Rest.* p. 101, *in not.* Verba status ut ^{p)} הָאָסִין declaravit, se credere &c. Passiva notat recipere, quæ in activo fiunt. Sic verba actus transitivi ut ^{q)} הַפְּקָר visitationem jam declararatam recipere (Jerusalem) coacta est. Actus intransitivi ex. gr. ^{r)} הַנְּחָלָתִי hereditate possidere (menses vanitatum) declaratus sum, vel hereditatis declaratæ loco, recipere coactus sum. Qualitatis ut ^{s)} הַיּוֹלֵד initium, vel ut alii volunt, profanatio palam ostensa manifestata est. Verba denique status, ut: ^{t)} הַמֶּלֶךְ Rex declaratus est.

NOT. Dicit alias cl. LOESCHER l.c. p. 386. & 387. significationem hujus conjugationis esse facere, ut fiat, ut adsit, ut geratur, ut præsto sit. Monet etiam, in omni verbo Hiphil tria contineri & mente concipi debere, nim. est 1mo) remote agens, seu qui facit, ut quid fiat, 2do) proxime agens, seu subjectum actus, qualitatis, vel status, 3tio) effectus; In Haphal vero quatuor. nim. 1mo) qui remote facit, ut quis patiatur, 2do) qui proxime facit, 3tio) qui proxime patitur, & denique 4to) qui remote patitur occasione patientis prioris.

§. 62.

p) Gen. 15, 6.

q) Jer. 6, 6.

r) Iob. 7, 3.

s) Gen. 4, 26.

t) Dan. 9, 1.



§. 62.

Conjugatio QVARTA activa est reflexiva, quæ denotat subjectum a se ipso, vel intra se ipsum affici. Sic in verbis actus transitivi, vel intransitivi actum versus se ipsum dirigit v. gr. הַתְעַנֵּחַ se ipsum afflxit curis gravioribus, הַתְפַלֵּל intra se ipsum oravit. In verbis qualitatis tale est, vel sit intuitu sui ipsius, animo & intensione adhibita summa, ut הַתִּקְרֹשׁ תִּמְ omni nisu in vobis met ipsi sanctitatem promovebitis. In verbis status significat ad talem se statum disponere, ut הַתָּבֵל x) dispone te ad statum lugentium. Passiva significat pati, ut quid reflexe fiat, ut actus, qualitas, vel status respectu nostri nobis conferatur v. gr. הַתִּפְكֹרוּ y) passi sunt, se numerari. הַטְמַאָה z) passa est se pollui vel recepit pollutionem, sibi consentienti illatam. Vide Diss. cl. M. ER. SCHERDIN de signif. Conj. & temp. Hebr. hic nuper hab.

§. 63.

Expositis significationibus conjugationum, ad tempora (§. 58.) jam veniamus, quæ quinque Grammatici statuunt, nem Præteritum, Futurum, Imperativum, Infinitivum & Participium.

§. 64.

PRÆTERITUM actum, qualitatem, vel statum, quem verbum ipsius designat (§. 57.) in re ipsa ponit;

u) Lev. 11, 44.

y) Num. 1, 47.

x) 2. Sam. 14, 21.

z) Deut. 24, 4.



ponit; non demum efficiendum esse, sed re-vera dari, indicat. Unde in verbis actus transitivi, vel intransitivi optime per præteritum latine redditur. (actio enim non prius re ipsa & complete datur, quam ubi absoluta est). In verbis vero qualitatis & status per præteritum vel præsens verti potest, prout circumstantiæ monstraverint, ex. gr. **הַמְּדָר** (est verbum qualitatis) Latine: *Similis fuit*, vel *similis est*.

§. 65.

FUTURUM Hebræis notat tendere ad *τὸν fieri*, *futurum esse*, quatenus in subjecti facultate est constitutum. Vide fusius de hoc differentem LOESCHER. I. c. p. 398. nec non Rev. Episc. D. ENGESTR. L. Hebr. Rest. p. 105 & seq.

§. 66.

IMPERATIVUS indicat impulsionem ad agendum, vel patiendum, non imperando solum, sed & rogando, excitando & admonendo.

§. 67.

INFINITIVUS importat actionem, vel passionem in abstracto & more nominum præfixa & suffixa admittit. Et tum per gerundia, supina & nomina verbalia Latinorum verti potest, prout circumstantiæ tulerint. cfr. §. 50. n.

§. 68.

PARTICIPIA significant in concreto, sed sine subjecto specialius determinato. Horum

D quæ-



quædam notant concretum agens, in statu, aut qualitate constitutum (§. 57.), & vocantur *Benoni*, seu *præsentia*, ut יְהוָה visitans; alia concretum patiens cum statu durante & *Paul* vocantur, seu *præterita*, ut פְּקִידָה visitatus.

NOT. Hæc posteriora non solum declinari possunt in singularem & pluralem more nominis adjectivorum (§. 37, 40) nec non præfixa & suffixa admittere ut participium Benoni, sed etiam conjugari ut verba, & pertinent ad quadrilitera (§. 54, num. 4). Exempla infra suo loco adducemus.

§. 69.

Tempora jam exposita inter se non permittantur. Exempla quidem in medium profertur, in quibus Grammatici contendunt α) secundam & tertiam personam futuri pro imperativo poni, ut Exod. 20, 9. at ibi & in reliquis, ubique occurunt, potior est ratio futuri. β) Futurum pro præsenti ut יְהוָה Ps. 1, 2. ubi tamen rectius obtinet significatus futuri (§. 65.) expositus, ut notet: *hominem tendentem ad jugiter meditandum.* γ) Imperativus loco futuri poni in dicto Prov. 4, 4. falso statuitur, quod rectius his verbis explicat LOESCHER. I. c. p. 434. Sequere impulsum meum ad præceptorum meorum præstationem, quod si facies, eodem modo imperabo vita & felicitati, ut tibi præsto sint; dicam vive & felic-



feliciter age. §) Futurum adhiberi pro præterito in voce אַעֲלָה Iud. 2, 1. negatur; est enim participium verbi quadriliteri (§ 54, num. 3), estque sensus: *educens fui vos ex terra Ægypti &c.* & sic in reliquis.

§. 70.

Particulæ quoque נִנְצָה tunc & נִנְצָה, ast &c. significationes temporum mutare creduntur; illud nim. futurum in præteritum v. gr. נִנְצָה יִשְׁרָאֵל tunc cecinit (Moses) Exod. 15, 1. At nihil obstat, quo minus significatio futuri retineatur; Moses enim tendebat ad cantum, antequam cecinerit actu, ut adeo illi res futura esset, nobis autem peracta, ideoque per præteritum Latinorum reddi possit. Ad 1 quod attinet, miram habere naturam perhibetur & convertere significationem præteriti in futuri & versa vice, unde vav *conversivum* appellatur. Illo in casu ut plurimum subscriptum habet (:), vel י ante בְּמִפְ, in hoc vero (-) vel י. Indolem vero ejus sequentem in modum explicatam dedit LOESCHER l. c. p. 422. Illud tempus, cui præponitur י, conjunctim & actu copulato cum eo, in quod converti dicitur, est accipiendum (natura enim י conversivi perpetua est copulare) b. e. factum esse, nunc fieri & futurum esse; ad quod vero tempus præcipue respiciendum sit, ex nexu sermonis colligi debet. ex. gr. וַיִּשְׁמַר notat custodiit, custodit impræfens & custodiet actu copulato ac

D 2

sine



sine interruptione continuato -- *Consimiliter*
וַיּוּשָׁ Gen. 1, 7. significat, Deum fecisse cœlum, facere illud & facturum esse, quantum creationis indoles permittit, nempe conservando quod factum est actu non interciso. Unde mox infra credit, vav illud conversivum potius dicendum esse *continuativum*, cum actum retro, vel post continuet. Sed de hoc alio loco plura.

§. 71.

Actiones & passiones requirunt subiecta (§. 56). Hæc Grammaticis personæ vocata certis characteribus indicantur. Re, vel actione data, in ejus causam efficientem, vel personam, cuius est res vel actus, inquirimus. Hinc, in *præterito* (§. 64.) characteres personales ad finem verbi ponuntur secundum hoc paradigma:

PLURAL.	SINGUL.
d) כְּנָאָה, יְנָאָה, יְהָנָאָה C.]	- M.] III.
a) תְּחָאָה, תְּחָאָה F.]	a) תְּחָאָה, תְּחָאָה F.]
תְּמָה, וְתָה, תְּמָה, וְתָה M.]	תְּמָה, וְתָה, תְּמָה, וְתָה M.]
תְּתָה, וְתָה, תְּתָה, וְתָה II.]	תְּתָה, וְתָה, תְּתָה, וְתָה II.]
תְּתִי, וְתִי, תְּתִי, וְתִי F.]	תְּתִי, וְתִי, תְּתִי, וְתִי F.]
c) תְּתִי, וְתִי, תְּתִי, וְתִי C.]	c) תְּתִי, וְתִי, תְּתִי, וְתִי C.]
	NOT.

a) Gen. 38, 24.

Ezech. 31, 5.

b) Gen. 6, 14.

Pſ. 80, 16. Ief. 9, 3.

c) Ier. 3, 4. 22, 23.

d) Deut. 8, 3.

Iof. 10, 24.

Eſr. 10, 44.

Deut. 21, 7.

Eſh. 9, 27.



NOT. Cum verba sint nomina ad actiones, vel passiones relata (§. 51.) & nominativus in nominibus sit tertia persona verbi, ulteriori charactere in præterito hæc non indiget, sed tantummodo, more nominum adjectivorum (§. 37.) femininum format addito ה, ה, vel rarius נ, ut in paradigmate vides.

§. 72.

Imperativus characteres personales etiam in fine positos habet, quia actio, vel passio imperative pronuncianda prius in mente proferentis erit, quam ad alium referri possit. Eosdem appositum schema monstrat:

PLURAL.

SINGULAR.

f) י, י, י M.]	M.] II. P.
g) ל, ל, ל נח, נח F.]	e) י, י F.]

NOT. Prima persona se ipsam ex interiori motu ad agendum excitat, ideoque externo sermone idem ut faciat est supervacaneum. Secunda mascul. singul. est ipsum semen, vel radix sine peculiaribus additis characteribus, cuius formas infra, ad singulas conjugationes indicabimus.

§. 73.

Futurum characteres personales verbo præponit; nam antequam ipsa actio dari poterit, erit causa proxima adhibenda, quae futu-

D 3 ram

e) Ies. 16, 3, 4.

f) Iob 6, 29. 33, 21.

g) Gen. 30, 139. 49, 26.



ram actionem in actum traducat. Ad secundam vero fem. singul. nec non secund. & tertiam plural. utriusque generis, præter propria præformata s. indicia person. habet etiam afformata Imperativi (§. pr.) exhibita, unde probabile videtur illum quoque antiquis temporibus ad tertiam personam fuisse relatum. Sunt isti characteres futuri sequentes:

PLURAL.	SINGUL.
נ C.]	א C.] I. P.
&c. ו M.]	ת תי (b) M.] II.
ת נ F.]	ת ? ני (i) vel ? F.]
ו M.]	י M.] III.
(§. pr.) &c. ת נ F.]	ת F.]

Quænam vero puncta hæ literæ præformativæ requirant, vide infra itidem ad singulas conjug.

NOT. In hisce paradigmatisbus etiam differentiam generis masc. & fem, observavimus; sciendum alias, cum generibus verborum comparatum esse ut cum nominum & pronominum (§. 37. n. 1. β. §. 74. n. 3.) Sic ex. gr. in **לקח מהס קלהה** *accipietur ab illis maledictio k)* occurrit verbum masculinum construatum cum nomine **קלהה**, quod esset femininum, cum terminetur in **ה** servile. Nec non **יקרא אשה** *vocabitur (ille) femina l),* verb.

b) Exod. 25, 31.

k) Ier. 29, 22.

i) Ruth. 2, 8.

l) Gen. 2, 23.

verb. inasc. loco קָרַא. Et plura ejusmodi alia passim obveniunt. Cfr. supra (§. 47, n. 3.) cit. Dissertat. M. V. D. MICHAELIS. Nihil tamen minus hebræa scripturo probe observari debet canon (§. 37. n. 1.) allatus.

§. 74.

Infinitivus actionem, vel passionem in abstracto innuit (§. 67.) adeoque nullas admittit personas. *Participium* semper est tertiae personæ ut nomen; nisi conjugetur. Cfr. §. 68. n.

§. 75.

Exhibitis sic conjugationum & temporum significationibus una cum horum præformatis & afformatis characteristicis personalibus, reliquum est, ut characteres singularum conjugationum, quoad verborum classes (§§. 52-55.) expositas, indicemus.

§. 76.

CONIUGATIO I. SEMINUM.

Indicium hujus conjugationis per utramque formam (§. 56.), per omnia item tempora & personas, est vocalis per se longa (§. 13. n. 2.), vel Schva sub prima litera seminali.

ACTIVUM, alias dictum KAL.

PRÆTERITUM conjugatur addendo afformativas personales (§. 71.) exhibitas ut בָּקַר surrexit, בָּקַרְתָּה surrexit illa, בָּקַרְתִּי surrexerunt. מֵת mortuus est מֵתִי mortui sunt & sic porro.

IMPERATIVUS eodem modo feminibus apponit afformativas personales (§. 72.) ut **תֹּהֵן** **da**, **תֹּהֵנִי** **da** fem. **תֹּהֵנָּה** **date** &c. Interdum dageschata est secunda seminalis ut **רְבִנִּי** **gaude m.**.

FUTURUM semini præponit characteres personales (§. 73.) ad finem vero ponit in secunda fem. sing. & secund. & tert. plur. afformativa Imperativi ut **תַּלְכִּי**, **תַּלְךָ**, **אַלְךָ** &c.

NOT. Præformativæ futuri sub se habent vocalēm longam (.) vel (..), aut quamlibet brevium (exceptis (-) & ()) sine sequente dagesch. Interdum etiam apparet (:) ut **יִתְהַנֵּן** **signabit n.**

INFINITIVUS ipsum semen ostendit abstrakte consideratum ut **תַּתְהִיל** **dare**, vid. supra §. 67.

PARTICIPIUM flectitur more nominum in numerum singularem & pluralem ut **מֵת** **mōrtuus** **מַתִּים** **mōrtuū**.

§. 77.

PASSIVUM, seu NIPHAL.

PRÆTERITUM cognoscitur ex præformato נ cum vocali brevi, sequente, vel non sequente dagesch, vel ה cum vocali brevi, quod semper post se in prima seminali habet dagesch, ex. gr. **נִפְלֵל**, vel **הִגְלֵל** **volvitur**.

NOT. In præterito sæpius usurpatur præformatum נ. Sin vero hoc נ acceperit vocalēm longam, ex feminibus fiunt verba trilitera,

ex.

m) Esai. 54, 1.

n) 1 Sam. 21, 14.



ex. gr. a קָלְלָה, & horum in prima activa conditionem subeunt.

IMPERATIVUS interdum est similis præterito; sæpius vero habet præformatum ה sequente dagesch, ut הַל volutus esto. FUTURUM non discrepat ab imperativo, nisi quod loco ה assumit suas præformativas cum vocali brevi & sequente dagesch in prima seminali ut תַּגֵּל.

NOT. Hæc tria tempora rite conjugantur dum addis afformata & præformata §§. 71-73.

INFINITIVUS convenit cum secunda masc. singul. imperativi.

NOT. Circa futurum, imperativum & infinitivum statuunt Grammatici, dagesch ex prima seminali exclusum compensari per vocalem longam sub præformatâ, ut ex. gr. אֶרְאֶה esset loco אֶרְאָה; At cum ר non sit indagessabile (§. 21. n. 2.) haud admittenda est ista vocalium mutatio, neque allatum exemplum est, passiv. sed fut. Activum Imæ Conj. de qua nuper, & verti debet, quoad sensum: visio ero, vel Latine: apparebo. Quia Imperativum & Infinitivum ex infra dicendis res erit clara,

PARTICIPIUM ubi obvenit, eandem cum tert. perf. masc. præteriti habet formam & flebitur in numeros more nominum.

§. 78.

CONIUGATIO II. SEMINUM.

Character ejus per utramque formam, per omnia tempora & personas, est vocalis brevis, quæcunque sit, ad primam seminalem.

ACTIVUM f. PIEL.

PRÆTERITUM conjugatur addendo characteristicas personales. Interdum dagesch in secunda sem. apparet, ut ad Imam Conj. Act. dictum est. Eodem modo procedunt IMPERATIVUS, FUTURUM & INFINITIVUS vid. §. 76.

NOT. Obveniunt interdum semina cum () sub Ima, quæ Latinis passive exprimuntur, ut רָאָה o), sed rectius quo ad sensum vertuntur ut activ. verb. status (§. 57.) visio sunt i. e. apparent.

PARTICIPIUM ad formam præteriti incedit. Interdum semini præponit ו cum Schva, ut מְגֻלִים.

§. 79.

PASSIVUM f. PYAL.

Singula, quæ de prima conjugatione passiva (§. 77.) dicta sunt, etiam hic valent; sola igitur differentia consistit in vocali brevi ad primam literam seminalem.

NOT. Obveniunt etiam hic formæ, quæ exclusum dagesch compensare dicuntur per vocalem

o) Job. 33, 21.



Item longam. ut אָחֵל p) & יְרַבֵּ q), sed eodem cum illis comparatum est modo ut supra (§. 77.) diximus, observata tantum intensiva significatione, qua hæc gaudet conjugatio, secund. §. 60. Allata exempla verti possunt: *profanatio ero*, (quod eundem significat sensum ac si dicere velles *pro fanabor*) *mollescet*, idem ac *emollietur*.

§. 80.

CONIUGATIO III. SEMINUM.

ACTIVUM s. HIPHIL.

Hæc conjugatio pro diversitate temporum diversos assumit characteres; habet enim PRÆTERITUM præformatum ה non sequente dagesch, ut הָנַלְיָ, & interdum (י) intersertum inter primam & secundam seminalem, ut הַקִּימָ, quod in reliquis etiam temporibus obvenit.

NOT. Hoc ה omnes sub se habere potest vocales, cum longas, tuin breves, excepto (-).

IMPERATIVUS eandem habet formam cum tert. pers. præter. si vero תֹּהֶן subscribitur vocalis per se longa; (-) frequentius in hoc adhibetur ut הַקִּימָ, cum in præterito (..) saepius conspicitur.

FUTURUM sub omnibus præformatis habet vocalem brevem (-), quæ futuri huius conjugationis propria est & nunquam in hoc tem-

p) Ezech. 22, 26. q) Deut. 20, 3.



tempore reliquarum occurrit. Sic אֲחֵל,
רְיַחַל r) manifestam faciam, faciet, profa-
nationem.

NOT. Hæc tempora conjugantur additis præfor-
matis & afformatis, ut supra dictum.

INFINITIVUS similis est imperativo, cui (...) & (...) sub præformativa promiscue quondam adhibita fuerunt, ut קָרְבָּה conterere s).

PARTICIPIUM semini præponit מ vel cum adscriptis vocalibus brevibus ut מִגְלָל, pl. מִגְלָלִים (ex feminis וְרָא וְרָא מִזְרָעִים t) מִזְרָעִים (ex feminis וְרָא וְרָא מִזְרָעִים x) מִזְרָעִים y). Nunquam vero cum schya (ut in secunda conj. act.) aut (...).

NOT. Ex hac tertia conjugatione seminum interdum radices triliteræ oriri conspiciuntur, ex. gr. ex nomine פֶּתַח conjugato fit בְּתַחַת, quod iam ut radix trilitera consideratur, & in prima conj. passiva בְּתַחַת audit converti cujus tertia conjugatio, si obveniret, foret formæ בְּתַחַת.

§. 81.

PASSIVUM s. HYPHAL.

PRÆTERITUM itidem habet præformatum הָיָה, sed cum subscripta vocali brevi (), quæ hujus conjugationis est propria, ut הָפֵר.

Hoc,

r) Ezech. 39, 7. Num. 30, 3. s) 2. Par. 34, 7.

t) 1. Sam. 31, 3.

u) 1 Par. 29, 13.

x) Esai. 44, 25.

y) ibm. 9, 16.



Hoc, & reliqua tempora omnia conjugantur, ut supra dictum, modo observetur, vocalem (.) sub omnibus præformatis esse ponendam. Sic occurrit FUTURUM תְּפִרְ z), nec non PARTICIPIUM מִנְךָ a).

NOT. Litera י intra semen positum ut in
הַנִּיחָה b) rarissime hic obvenit.

§. 82.

CONIUGATIO IV SEMINUM.

ACTIVUM f. HITHPAEL.

PRÆTERITUM cognoscitur a syllaba הַת semi præposita, ut הַתְּבִרְ &c.

FUTURUM semini præponit literam ת & huic iterum characteres personales (§. 73.) qui hic sub se habent vocalem brevem (.), vel (.), illam sub prima, hanc sub reliquis personis, ut אֶתְחַלֵּת תְּתַחַל &c.

IMPERATIVUS & INFINITIVUS cum tert. perf. masc. præteriti eandem servant formam.

PARTICIPIUM, ubi obvenit semini præponit syllabam מְתָ.

NOT. I. Ubi semen incipit a ו, vel ס fit transpositio literæ characteristicæ ת cum prima illa seminali ut תְּשִׁעַ obstupescet c) pro תְּתִשְׁעַ; Si vero incipit a צ, illud transponitur cum ט. Unde patet, literam istam præcis

z) Ierem. 33, 21.

b) Zach. 5, 11.

a) 12. Sam. 23, 6.

c) Esai. 41, 10.

priscis temporibus etiam characteristicam
hujus conjugationis fuisse.

II. Exemplum formæ passivæ quartæ conjugationis, qua semina, non observatum est. Ex analogia autem formæ tertiaræ conjug. pass. facile constare potest, qualem semina heic formam haberent.

§. 83.

His absolutæ sunt conjugationes biliterorum, vel seminum; cum vero in lexicis, quæ habemus, nulla inventantur semina, sed voces omnes ad radices triliteras per regulas anomaliarum redactæ sint; coroni's loco methodum brevissimam trademus, secundum hypotheses veterum grammaticorum radices vocum investigandi. Absolvitur sequentibus fere regulis:

I.

Abjectis literis servilibus vocis, i. e. in nominibus quæ formant genus & numerum (§§. 37. & 40.), in verbis, præformati & afformati (§§. 73, 71, 72.) quo etiam pertinent literæ characteristicæ conjugationum, ad illarum singulas expositæ, ut & **D** participiorum, nec non præfixis & suffixis (§§. 50. & 47.) cum punctis suis, (quænam harum ad sint versio monstrabit) si tres supersunt literæ, ipsam habes radicem.

II. His



LL

His autem omnibus abjectis, si binæ tantum literæ radicales (semen) remanent; desiderari perhibetur prima radicalis נ vel י, secunda ו, vel secunda similis tertiae, aut tercia ה, נ, vel ת. Videndum, igitur an prima residuarum sit notata puncto dagesch, quo in casu addenda est α) prima radicalis נ, ut ש נ א appropinquabo, rad. נגש, β) prima י in duodecim hisce seminibus נח, צב, סר, נח, צע, גע, ל, שר, צק, קפ, צת, צר, קח, קח ut קח נsurripies eum, rad. לקח. Raro designat medium ו, vel secundam esse geminandam ut קב constitutus est. rad. קום. Observandum tamen dagesch characteristicum Conj. Niphal & Pyal (SS. 77, 79.) nec non lone lit. בגרכפת hoc in negotio non valere.

III.

Si secunda ex binis habet dagesch, illa est
 α) geminanda ut סְבִבָּן, rad. סְבַב. β) Raro
 primam inter & secundam ponendum est נָבָן, ut
 נָבָן לְאֵנָה in ira mea rad. אֲנָפָה.

IV.

Cum neutra residuarum est dageffata, ultima radicalis est ה, ut תְּגִלָּה reteges r. גַּלְהָ. Interdum tamen desideratur media similis tertiae ut סְכָב r. סְכָב. vel etiam media ו, ut קַמְּ. r. קַמְּ. Sin afformativa habuerit dagefch ultima radical. est ב, vel תְּ.

V. Ubi,



V.

Ubi, abjectis præformatiſ, prima radicaliſ videtur ה, ſubſtituendum eſt י, ut יְלֵד r. Abjectiſ afformatiſ, ſi tertia eſt ת, ante ה femininiū præteriti, ſubſtituitur ה ut גַּתָּה, גַּת retexit illa r. גַּתָּה. In radicibus ca- viſ י media radicaliſ habetur ו ut לִוְן perno- cta r. לִוְן.

VI.

Si præformata ſub ſe habet () ſecunda radicaliſ eſt י ut פ קְמַת גַּה ו, vel ſecunda geminanda ut סְבָב r. נְסָב. Sic etiam ſi ha- bet () quo in caſu etiam prima radicaliſ eſſe potheſt י, ut יְרֻעַ noscet, ſin vero præforma- ta habuerit ו vel י, ſemper prima radicaliſ ha- batur י, ut יְלֵד, חֹלֵיד, יְלֵיד rad.

VII.

Sin, abjectiſ ſerviliſ, unica tantum lite- ra radicaliſ (embryo, vid. §. 52, n. 1.) ſu- periſtes fuerit, in fine ponetur ה & ab initio נ ut וַיַּקְרֵב percuffit, r. נְכָה. Attamen ſi præ- formata ſub ſe habuebit (), iterum prima radi- caliſ habetur (י).

Specialiores circa hoc negotiam tradere re- guſas ſuperſedemus; etenim antea data præ- cepta callenti investigatio radicum non mul- tum creabit moleſtiæ.

De verbis triliteris.

Conjugationes seminum sequuntur triliterorum, secundum ordinem (§. 52.) propositum. In antecessum vero de singulis sequentia sunt annotanda:

I. *Verba geminantia* primam radicalem ut בְּבָל (דָּרָה d) admodum pauca inveniuntur in prærito primæ Conj. act. sed quamplurima restitui possunt ex reliquis temporibus & conjugationibus, quæ a conjug. pass. seminum (§. 77. & 79.) sollicite sunt distinguenda, quod optime fiet sensum & contextum consulendo. Si vero hæc verba in dagestatis conjugationibus obvenerint, ad morem aliorum triliterorum incedunt, ut אַרְדָּה f).

II. *Verba cava* sunt vel dissyllaba ut גָּאֵל, vel monosyllaba ut קָאֵם, מוֹת. Illa flectuntur ut reliqua trilitera, hæc vero flexionem seminum sequuntur & nunquam extra secundam conjugationem vagantur, cum illa etiam in prima obvenire possunt.

III. *Præformata & Afformata* alia sæpe occurrunt, quorum regularis forma non solum est פְּקָרָךְ cum vocali (-) sub secunda radicali; (vocabili)

d) Ps. 42, 5,

e) Ezech. 45, 13.

f) Esai. 38, 15.

lis Imæ radical. pro variatione conjugationum variat) nam etiam reliquæ fere omnes in singulis conjugationibus sat frequentes occurunt, ut אָהָב *ירא* ^{g)} vel אָהָב *ירא* ^{h)} & plures ejusmodi, quas vid. ap. Wasinuth. H. R. p. 83

IV. Hæ formæ singulæ rite conjugantur, additis characteristicis personalibus, (§§. 71, 72 & 73.), ut supra dictum est. Nullæ autem vocales breves in Schva mutantur, nec brevis in longam, aut vicissim. Solæ vocales longæ in Schva quandoque corripiuntur. Sic חַפְצָת *יכל* ^{g)} non est ex forma חַפְצָת *יכל*, sed חַפְצָת *יכל* ^{h)} non ex חַפְצָת, sed חַפְצָת & sic in reliquis.

§. 85.

CONIUGATIO I. TRILITERORUM.

Character hujus conjugationis per utramque formam, per omnia tempora & personas est vocalis longa, vel Schva, sive simplex, sive compositum, sub prima radicali, quemadmodum in hac conj. sem. (§. 76).

KAL.

PRÆTERITUM varias habet formas, Cfr. §. pr. n. 3.

IMPERATIVI formæ frequentiores sunt שָׁבֵת, שָׁלֹשׁ & שָׁבֵת. Rarius est similis tert. masc. præter.

FUTU-

g) Jos. 4, 24.

i) 1. Sam. 7, 17.

h) Gen. 32, 26.



FUTURUM sub præformatis personalibus quascunque habere potest vocales, exceptis, (-) (.) & (-).

INFINITIVI totidem sunt formæ ac præteriti, (vid. §. pr. n. 3.) sæpius vero occurunt בְּקָרְבָּן & בְּקָרָה.

PARTICIPIUM quoque easdem ac præteritum habet formas, interdum בְּ præfixum comparet ut מִשְׁרָתָ (*) qualia tamen potius nomina sunt habenda, de quo vid. infra.

NOT. Vulgo perhibentur etiam verba infinitiva hujus conjugationis dari formæ בְּקָדָר & participia formæ יְוַסְּפָה k), בְּתוֹטֵף l), nec non בְּאַבְרָה פְּקָרָה אַבְרָה &c. Illa vero ad quadrilitera & quinquelitera (§§. 54, 55.) pertinent; hæc sunt nomina trilitera, quæ ad præsens tempus relata participii naturam in lingua Latina exprimunt & rectius conjug. secundæ act. respondent propter vocalem brevem ad primam radical. Flectuntur præterea ut nomina adjectiva, vel sexu distincta addendo ה, vel תְּ (§. 37.) cum præcedaneis punctis longis, vel brevibus ex. gr. בְּקָרָה, בְּקָרָה & בְּקָרָת.

§. 86.

NIPHAL.

PRÆTERITUM trilitero præponit נ, vel ה cum vocali brevi, quod posterius semper dagesch post se habet, ut ad prim. pass. sem. Et

E 2 quidem

(*) Num. 11, 82. k) Esai. 29, 14. l) Ps. 16, 5.

quidem diversæ hic formæ sunt pro diversis activi formis, ex. gr. מְנֻחָת *m)* ob-signatur, נְנֻחָת *n)* absconditur.

IMPERATIVI eadem hic est ratio atque in feminibus, qui tamen ex forma præteriti olim processit, ut נְקַבֵּצִי *o)* congregamini. Sic occurrit quoque INFINITIVUS נְלֹחֵם *p).*

PARTICIPIUM itidem eandem cum præterito habet formam.

NOT. Observandum, hic pariter ac in feminibus vocalem longam sub præformativa indicare, verba qualitatis, vel status formæ activæ, ex abstracta radicum significatione facta esse, ut תְּאַכְּלָנָה *q)* in consumtione erunt, i. e. consumentur.

§. 87.

CONIUGATIO II. TRILITERORUM.

PIEL.

Character est vocalis brevis ad primam radicalem, quæcunque illa fuerit, (excepto ()) per quam secunda radicalis geminatur, (§. 13, n. 3.) sæpe dagesfata, ut טֶמֶא *r*), interdum autem sine dagesch ut נְאַזְבָּן *s*).

PRÆ-

- m)* Esth. 3, 12.
- o)* Ioel 4, 11.
- q)* Ier. 24, 2.
- s)* Ps. 10, 3.

- n)* Ier. 49, 10.
- p)* Iud. 11, 25.
- r)* Gen. 34, 13.



PRÆTERITUM etiam hic varias habere formas deprehenditur ut רַבֵּשׁ, שָׁרֶשׁ (t) אַחֲר (u) פְּלִגָּה (x) אַבְּרָךְ (y) &c.

IMPERATIVUS, FUTURUM & INFINITIVUS eodem modo procedunt, ut in prim. conjug. sem. & trilit. Præformativæ autem futuri hic sæpiissime habent subscriptum (:).

PARTICIPIUM hujus conjugationis vulgo putatur radici præponere מ Schvatum, tanquam peculiarem characterem; non raro tamen inviuntur sine hoc præformato, ut פְּקַד Confr. §. 85. n.

NOT. I. Vox אַבְּרָךְ, unde forma אַבְּרָךְ, supra ad præteritum allata, quæ verti solet ו perdam, minus recte a quibusdam putatur futurum esse; est enim participium, quasi dices. ו perdens ero tc.

II. Participia ex præformato מ ad omnes se conjugationes extendunt, licet rarius usu veniant ex prima. At si rite considerantur, ad nomina verbalia potius pertinent; Et formant, si ad viva referuntur objecta, Latinorum nomina in er, vel or, ut מְשִׁירָת minister, מְבֻעָתָךְ z) perturbator tuus. Sin vero ad alias res applicantur, qua significationem æquipollent vocibus Latinorum in ortum, ut מְזִבְחָה a) sacrificatorium, vel altare.

E 3

III, Ut

t) Ier. 12, 2.

u) Iud. 5, 28.

x) Ps. 55, 10.

y) Hez. 28, 16.

z) 1. Sam. 16, 15.

a) 2. Reg. 16, 14.

III. Ut in seminibus (§. 77, n. I.) ita hic etiam obveniunt verba status, vel qualitatis per præfixum נ fine characteristicæ passivi propria, qua ratione quadrilitera sunt, ex. gr. נָגָאלוּ b). *In contaminatione sunt manus vestræ.* Quod latine dicitur: *contaminatæ sunt.*

§. 88.

PYAL

Cognoscitur a vocali brevi (.) sub prima radicali in omnibus temporibus & personis, ut תְּפִקָּר, פִּקָּר &c. Alias occurrit etiam character passivus ad analogiam prim. conj. pass. (§. 86.) per נ, vel ה cum vocali brevi; quamvis exempla sint rariora ut נְכַפֵּר c) expiatur, הַנְבָאתִי d) propheta factus sum, הַפְּחַמִּיתִי e) consolatus sum.

TEMPORA singula facillimo negotio conjugantur, additis præformatis & afformatis.

NOT. Formæ quæ habent (.) sub prima radicali ab aliis habentur activa verborum status, vel qualitatis, quemadmodum semina formæ תְּמִ. cfr. §. 87, n. Id vero ut admittatur nulla urget necessitas.

§. 89.

CONIUGATIO III. TRILITERORUM.

HIPHIL.

PRÆTERITUM habet præfixum ה non sequente dagesch, quod omnes sub se admittit vocales

b) Esai. 59, 3.

c) Deut. 21, 8.

d) Hez. 37, 10.

e) ibm. 5, 13.



vocales, cum longas tum breves, exceptis ()
& (), ut הַרְאָה (g) הַכְּרִית (f)
הַעֲלָה (i) &c.

FUTURUM sub omnibus præformatiis habet vocalem (-) ut עַלְחָ וַעֲבָר וַפְקִיר. Temporum quoque reliquorum eadem est ratio ac in tert. conj. act. sem. (§. 80). Sæpe etiam 1 inter secundam & tertiam radicalem ponitur. Quod ubi non fit, secunda quamcunque admittit vocalem, sive longam, sive brevem, secundum dicta §. 84, n. 3.

NOT. I. Dantur verba, quæ salvo sensu, ex prima conjugatione quandoque verti possunt, quamquam revera sunt tertiae, ut יְעַל יְעַל &c. Nam hoc nisi esset, 1) nulla daretur inter primam & tertiam, qua ejusmodi verba, differentia. 2) Exstant exempla utriusque conjugationis, ut אַעֲלָה אַעֲלָה & אַעֲלָה.

II. Prima radicalis 1 in hac conjugatione, qua futurum, non observatur; Etenim verba תֹּזֵר תֹּזֵר & similia, quæ huc referi sovent, potius sunt verba actus primæ conj. & verti debent non descendere facies, sed detrudes, collocabis, & pari modo reliqua. Adde quod obvenit vox רְוֹצֵן k), unde futurum, si quod esset in usu, foret אַוְצֵן.

E 4

§. 90.

f) Ier. 44, 8.

g) Ibm. 50, 34.

h) Gen. 41, 28.

i) Hab. 1, 15.

k) Gen. 7, 17.

HAPHAL, vel HYPHAL.

Per singula tempora & personas habet vocalem longam (), vel brevem () sub præformato ה & reliquis, ut קָרַב, הַשְׁלִיךְ. Si vero verbum fuerit primæ radicalis י, habet י, ut צָאָה י), sin primæ י, adest י ut in participio præformato מִסְרֵם (m). Interdum etiam dagesch conspicitur in secunda radicali ut חֹפֶךְ n).

CONIUGATIO IV. TRILITERORVM.

HITHPAEL, vel ETHPAAL

Habet non solum characterem ad quartam conjugationem act. sem. (§. 82.) allatum, verum etiam אֲתָה, quamvis raro hic occurrat, ut אֲתָחָבָר o) *conjunxit se*. Alias idem hic observandum, quod in seminibus de transpositione ultimæ literæ characteristicæ cum prima radicali, si hæc fuerit una ex sibilis. vid. §. 82. n.

NOT. Quæ verba in præterito habent characterem אֲתָה, in forma futuri nunquam in bibliis inveniuntur.

l) Hez. 38, 8.

n) Ps. 102, 4.

m) 2. Reg. 16, 18.

o) 2. Chron. 20, 35.



§. 92.

HATHPAEL, HITHPAEL, vel
NITHPAEL.

PRÆTERITUM habet characteres חַתָּה & חַתְּנָה easdemque in FUTURO, mutatis mutandis, ut supra (§. 82.) ad hanc conjugationem diximus. Raro autem hujus formæ verba occurunt, ut חַתְּפָקָרְנוּ p) passi sunt se numerari, חַתְּמָאָה q) passa est se pollui, in quo absentia unius ט indicatur per dagesch, ideo compensativum vocandum. Rarissime obvenit character נַתָּה ut in נִשְׁתָּוֹתָה r). Verba vero hunc characterem habentia in præterito, itidem in futuro nunquam occurunt.

NOT. Formam חַתְּפָקָרְנוּ retinuit Reverendiss.
D. D. & Episc. ENGESTRÖM, cum () adhibeat sub lirera ה ad modum tertiae conjugationis passivæ; liberum præterea relinquit cuique, ad tertiam ne, an quartam conj. passivam referat vocem חַתְּמָאָה supra allatum, quippe cum rationes ab utraque sint parte. Ipse tamen ad tertiam potius pertinere censet. Vid. Ling. Hebr. Rest. p. 146. in not. coll. cum pag. præc. itid. in not.

§. 93.

Verba quadrilatera & quinquelitera, quorum formationem §§. 54. & 55. exposuimus, sine ulla difficultate, non aliter ac semina &

E ס trilitera

p) Num. 1, 47.

q) Deut. 24, 4.

r) Prov. 27, 15.

trilitera conjugantur, dum addis characteristicas temporum & personarum afformatas (§. 71, 72.) & præformatas (§. 73.) nec non observas indicia conjugationum, ad earum singulas exposita. Sic ex. gr. occurrunt a שׁעַשׁ conjugata תְּשֻׁשָׁה^{s)} 2 pers. plur. fut. Kall. שׁעַשׁ^{t)} 3 sing. Præt. שׁעַתִּי^{r)} 1 sing. præt. יְשֻׁשָׁה^{u)} 3 plur. fut. Piel. שָׁמֹר^{x)} 2 plur. Imp. Hithpael. A תְּשֻׁמָּר^{y)} 2 sing. fut. Kall. יְפִיףִית^{z)} 2 masc. sing. præt. Kal. a, & sic porro in reliquis.

TANTUM DE ETYMOLOGIA.

s) Esai. 66, 12.

z) Ps. 119, 70.

u) Ibm. 94, 19.

x) Ies. 29, 9.

y) Prov. 14, 3.

z) Ps. 45, 3.



COM-



COMPENDIUM SYNTAXEOS HEBRAEAE.

C A P. I.

*Constructio nominum cum nominibus, nullo
habito ad particulas, vel verba respectu.*

§. 1.

Duo substantiva, sive rem eadem, sive
res diversas significaverint, sine interve-
niente particula construuntur, ubi observan-
dum est, nomina in ה & singularia formæ
נָאכְר, nec non pluralia in י' quam sæpiissime
usurpari, ut שְׁפַת הַיָּם *ora maris*,
verbū Domini. Non raro tamen etiam
occurruunt nomina diversarum formarum, ut
חַמָּה אֲפֹן a) *excandescētia iræ ejus*.

§. 2.

Substantivum idem repetitur, quoties Imo,
ad objecta diversa ejusdem generis loquens
respicit, ut בָּארַת בָּארַת b) וְעַמְקֵה שְׂדֵה סִידִים
vallis Siddim (erat) putei putei. Ubi innui-
tur, puteos fuisse ab hac, puteos ab altera
parte vallis. Vel 2do, si vehementior animi
affectus circa idem versatur, ut צְדָקָה צְדָקָה c)
justitiam justitiam persequeris.

§. 3.

a) Esai. 42, 25.

b) Gen. 14, 10.

c) Deut. 16, 20.

§. 3.

Substantivum singulare conjungitur cum plurali ejusdem notionis ad rem exaggerandam, vel minuendam, pro substrata materia, ut שיר השילוב: d) *canticum canticorum*, i. e. *canticum excellentissimum* עבר עבריים e) *servus servorum*, i. e. *servus abjectissimus*.

§. 4.

In substantiis construendis Hebræi eleganter & emphatice ad abstracta respiciunt loco adject. & substant. ut חליפות שמלה f) *mutationes vestium* i. e. *vestes mutatoria*. ישר משפטך g) *Rectitudo* (sunt) *judicia tua* loco: *recta judicia tua*.

§. 5.

Sequentia substantiva peculiares idiotismos apud Hebræos formant 1. אשה & איש *vir* & *fœmina* indefinite usurpantur pro *quisquam*, vel *quæquam*, quoties ad particularia, nota ex contextu, non restringuntur h). Sic etiam 2. אדם *homo*, sub eadem conditione pro *quispiam* usurpatur i). 3. בן *filius* peculiares constructiones format ut בן שנה k) *filius anni*, qui unum annum transigit. בן מות *filius mortis* i. e. *dignus qui interficiatur*. 4. בעל *dominus* usurpatur pro *rei possessore*, vel *auctore*,

d) Cant. 1, 1.

e) Gen. 9, 25.

f) Gen. 45, 22.

g) Ps. 119, 137.

h) Gen. 45, 1. I. Reg. 7, 14.

i) Lev. 1, 2.

k) Exod. 12, 5.

auctore, ut בָּעֵל חֲצִים 1) *domini sagittarum*
 i. e. sagittarii. בָּעֵל שְׁעִיר *Dominus pili* i. e.
pilosus. 5. בַּית domus, notat quodvis cavum
 receptaculum ut בַּתִּי הַנֶּפֶש m) *domus respirationis* i. e. *pyxides olfactoiae*, vulgo *Balsam Dosen*. 6. שְׁם nomen, indicat excellentiam
 ejus rei, cui additur, ut שְׁמָן שְׁוֹן n) *nomen gaudii*, i. e. *gaudium excellens*. 7. יָד manus,
 notat agendi medium, ut *dixit Dominus Esaiæ in manu Esaiæ* o) i. e. *per Esaiam*.
 8. וְרָב verbum, significat modum aut rationem
 ut ob, vel propter ex. gr. רְבָר הַכְּסָף p) *ob argentum*. 9. פָּנִי facies superficiem notat, ut
 אֶל פָּנִי עַל super superficiem terræ. 10.
 medium & קָרְבָּה propinquus idem notant
 ac Latinorum medium, intra, ut q) *in medio terræ*, vel *intra terram*. 11. os
 notat loquela, rationem, aperturam. hinc
 locutiones פִּי חָרֵב r) *os gladii*, vel *accies, os sacci* s) i. e. *apertura sacci*. 12. חָלֵב adeps,
 pinguedo, notat præstantissimum ex cibis, ut
 חָלֵב חַטָּה t) *adeps tritici* i. e. optimum
 triticum.

§. 6.

Adjectivum, si est prædicatum substantivi,
 eidem præponitur, vel postponitur, ut:
 זָכָר

m) Esai. 3, 20.

o) Esai. 20, 2.

q) Gen. 48, 16.

s) ibm. 44, 2.

n) Ier. 33, 9.

p) Gen. 43, 18.

r) ibm. 34, 26.

t) Ps. 81, 17.

רַעֲמִיקָן שְׁחַתּוּ ^{c)} p̄f̄fundarunt perdiderunt, i. e. in profundissimam corruptionem projecerunt. Si res ad τὸ fieri tendat, futurum comparet, ut τὸ τְּרֵבָה ^{d)} m̄ultiplicabitis loquemini, sensus est: multa meditari & eadem eloqui. Si motum, aut impulsum res involvat, adest imperativus, ut השְׁפִילָן שְׁבֹן ^{e)} humiles vos efficite, sedete.

NOT. Hæc regula ad verba tantum non omnia se extendit, quæ qualitatem quandam, aut circumstantiam ad posterius verbum, in emphasi sua considerandum, pernecessariam, involvunt, ut ex allatis exemplis patet.

§. 10.

Si duo verba immediate juncta unum & idem tempus non respexerint, utrumque sequitur ideam sui temporis, unde futurum cum præterito & v. v. jungitur, ut *Quo modo* אָכַל וַיַּאֲרִתִי ^{f)} potis facta fuero & vidi. Ad linguam latinam diceretur: *quo modo videre potuero*. Innuit enim sacer textus, Estheram jamjam contemplatam esse cædem Iudeorum, vi epistolarum Hamanis, atque hinc est, quod præteritum apparet. לֹא־זָרַעֲתִי אֶכְנָה ^{g)} non novi disponam, i. e. disponere.

§. II.

^{c)} Hos. 9, 9.

^{d)} 1. Sam. 2, 3.

^{e)} Ier. 13, 18.

^{f)} Est. 8, 6.

^{g)} Job. 32, 22.

§. II.

Verbum finitum cum infinitivo sequente jungitur, cum posterius ex sua natura abstrakte tantum & indefinite incedit in contextu, ut **הוֹתִיבוּ נְגַנֵּן** b) *Benefacite pulsare*, quod latine dicitur: *optime pulsate*.

§. 12.

Infinitivus ejusdem verbi, finito suo præpositus certitudinem & evidentiam exprimit, ut **מוֹת תָּמוֹת** *morte morieris*, i. e. *certo morieris*. Sed postpositus continuationem & frequentationem indicat, ut **יִשְׁפַּט שְׁפּוֹת** i) *judicabit judicando*, i. e. *judicium exercebit*, vel *continuo judicabit*.

§. 13.

Verbum ex abstracta significatione eleganter jungitur cum nomine plurali, ut **מִיהִימָּרָת** k) *essentia luminarium*. **וַיֹּאמֶר בְּנֵי גָּד** l) *erat sermo filiorum Gad*.

§. 14.

Nomini collectivo singulari quandoque respondet verbum plurale ut **מִתּוֹ כָּל הַצָּאן** m) *moriuntur totus grex*. Si vero duo verba idem collectivum respexerint, alterum in singulari, alterum in plurali deprehenditur, ut **וַיֹּרֶב הָעָם** n) *multus erit populus* & manifestabunt, se esse robustos. Prius verbum con-

b) Ps. 33, 3.

i) Gen. 19, 9.

k) ibm. 1, 14.

l) Num. 32, 25.

m) Gen. 33, 13.

n) Exod. 1, 20.

חַרְבָּתִי וְכֵרֶב ^{u)} *præputiatus mas.* גָּלָדִיָּה ^{x)} *gladius acutus.* At si substantivum una cum adjectivo aliud subjectum respicit, semper præponitur, ut חַכְלִילִי עִינִים ^{y)} *pulcher oculos*, quod prædicatum respicit Messiam, ut patet ex versu 10 præcedente.

§. 7.

Duobus substantivis singularibus respondet adjectivum singulare, ut *ira* ^{z)} *excandescens mea* נִתְחַבֵּת ^{z)} *effusa prorsus.* Pluribus plurale ut: *fili tui* ^{z)} *filiæ tuæ* נִתְנִים ^{a)} *dati.*

§. 8.

Adjectivum plurale quandoque respondet substantivo collectivo singulari, ut בֵּית ^{b)} *Domus Saulis euntes* שָׁאוֹל הַלְכִים וּדְלִימָדִים ^{c)} *tenues*, i. e. *familia Saulis sensim attenuabatur.*

C A P. II.

Syntaxis verborum cum verbis & nominibus, nullo habito ad particulas respectu.

§. 9.

In constructione duorum verborum immediata præteritum cum præterito, futurum cum futuro & imperativus cum imperativo, quoties idea temporum id requisiverit, conjungitur.

u) Gen. 17, 14.

x) Ezech. 5, 1.

y) Gen. 49, 12.

z) Ier. 7, 20.

a) Deut. 28, 32.

b) 2. Sam. 3, 1.



contemplatur populum , qua multitudinem,
sub idea singulari , posterius vero eundem ut
multis individuis constantem.

§. 15.

Duobus, vel pluribus singularibus respondet
verbum modo plurale , modo singulare , ut
בְּסִיל וּבָעֵר יַאֲבֹרֶךְ (o) *stultus* וּ *bardus* peri-
bunt . שְׁמֵן וּקְטָרָת יְשָׁמָח (p) *oleum* וּ *suffitus*
exhilarat .

§. 16.

Si nomina fuerint diversi numeri , verbum
incedit modo in singulari , modo in plurali , ut
צְרָה וּחֶבְלִים אֲחֹזֶת (q) *angustia* וּ *dolores*
corripuit eam . וּסְמָכוֹ אַהֲרֹן וּבְנָיו (r) וּ *impo-*
nent Aaron וּ *filii ejus* .

§. 17.

Verbum emphatice & eleganter regit no-
men ejusdem radicis , aut seminis ut
וַיַּחֲדֹר (s) *tremebat Isaac tremore* .

C A P. III.

Syntaxis particularum numeralium.

§. 18.

Numeralia cardinalia singularia substantivis
ut plurimum præponuntur , interdum &
postponuntur , ut עֲשֵׂר שְׁנִים (t) *decem anni* .

F

עֲשֵׂר

(o) Ps. 49, 11.

(p) Prov. 27, 9.

(q) Ier. 49, 24.

(r) Exod. 29, 15.

(s) Gen. 27, 33.

(t) Ibid. 5, 14.

שְׁנִים עֶשֶׂר פָּרוּם (u) *juvenci duodecim.* Sed pluralia & dualia semper præcedunt, ut *triginta sicli.* (y) מאתיות כסף (x) שקלים *centi argentei.*

§. 19.

Ordinalia numeralia (gram §. 45. n.) ultra decimum apud Hebræos non inveniuntur; unde perpetuo pro ulteriori ordinali numero, assumuntur numeri cardinales.

§. 20.

Numeralia repetita pro substrata materia eodem modo ac nomina repetita procedunt, vid. §. 2. Sic: *ab omni jumento puro sumes tibi שבעה שבעה z) septem, septem,* nim: plures erant jumentorum species, & ex una quaque specie *septem fumerentur.*

§. 21.

Verbis numeralia modo præponuntur, ut *ישל שנים a) restituet duo.* modo postponuntur, ut *שבע יפול b) septem cadit.* Latine dices *septies cadit (justus).*

CAP.

u) Efr. 8, 35.

x) Exod. 21, 32.

y) Iud. 17, 4.

z) Gen. 7, 2.

a) Exod. 22, 6.

b) Prov. 24, 16.



Syntaxis particularum pronominalium.

§. 22.

אֵלֶּה & אֵלָה de pluribus tantum usurpantur, vel enumeratis, vel enumerandis. Nominibus & verbis præponuntur, ut נִזְדָּו c) illi, (quorum in præcedentibus facta est mentio) nati sunt. אֵלָה תּוֹרָת d) istæ (quæ mox recensentur) sunt generationes filiorum Noach. At si ה demonstrativum præfixum fuerit, postponitur ut הַאֲרָצָת e). De uno usurpatur לוֹן, sed nunquam sine præfixo ה demonstr. nominique postponitur ut *Petra* הַלּוֹן f) ista. *Quis vir הַלּוֹה* g) iste.

§. 23.

זה construitur cum verbis eleganter, præmisso nomine, ut *ad locum* זה h) *hunc fundasti*, in qua constructione lingua latina pronomen relativum requirit. Notanda etiam est locutio זה אל זה hic ad hunc, i. e. alter ad alterum.

Particula זו jungitur verbis eodem modo, quo de זה diximus i). זו construitur cum nomine ut זו לעג k) *hoc ad ignominiam*. Sic etiam זאת, l) זו autem jungitur pronomini, u

F 2

עשָׂה

c) 1 Paral. 20, 8.

d) Gen. 10, 1.

e) Ibm. 26, 3.

f) Jud. 6, 20.

g) Gen. 24, 65.

h) Ps. 104, 8.

i) Exod. 15, 16.

k) Hos. 7, 16.

j) Deut. 34, 4.

אֲשֶׁר *m) מה־זאת עשה* *quid faciens.* Pron. *הַ*

nullam habet difficultatem.

§. 24.

מַה & מָיִם. *simpliciter jungitur nominibus & verbis ut interrogativum quis, quæ, circa quod peculiariter notandum, si postpositum fuerit nomini, non querere de ipsa persona quæ sit, sed cuius est, ut נְכֹתֵת־מִי filia cuius?* *מַה & מָה* *est idem ac Latinorum quid, quam, vel quo, ut מַה עֲשִׂית* *o) quid fecisti?* *מַה־טָב* *עַד־מָה usque quo?* *quam bonum.*

§. 25.

מְאוּמָה & מְאוּמָה *observandum tantum est, posterius nunquam usurpari, nisi quid ex multitudine præsente inferatur. ita Joseph. ait: Nec cohibuit a me p) quidquam, nim. ex omnibus his, quæ in domo sunt. Rex Babylonie ait: Non facies illi q) quidquam mali. nim. ex omnibus istis, quæ subi- rent Judæi debellati. Prius indefinite respicit multitudinem & unico tantum in loco occurrit r).*

§. 26.

פָלְנִי אַלְמָנִי *semper debent invicem jungi, sive de persona sermo fuerit, sive de loco ita: Sede hic s) פָלְנִי אַלְמָנִי tu quisquis es. Ad locum t) פָלְנִי אַלְמָנִי quendam.*

§. 27.

m) Eccl. 2, 2.

n) Gen. 24, 23.

o) Ibm. 4, 10.

p) Ibm. 39, 9.

q) Ier. 39, 12.

r) Iob. 31, 7.

s) Ruth. 4, 1.

t) 1 Sam. 21, 3.



§. 27.

solitarie incedit, ubi de persona est sermo, nec usurpari debet, nisi de persona præstanti & efficaciter operante, ut פָּלְמָנִי ^{u)} המרבר ^{u)} quidam loquens.

§. 28.

Vocabulum נֶפֶש anima tantum de subjecto intelligente usurpatur cum pronomine suffixo, ut reciprocum x) עצה vero ut reciprocum etiam ad alias res transfertur. Interdum etiam emphasin quandam importat, ut כעַצְמָה יוֹם הַזֶּה y) *in ipso hoc die*.

§. 29.

Pronomina personalia sæpe ita construuntur cum adjectivis, ut pro verbo substantivo Latinorum videantur ponи, et si hebræa locutio ad pronomen unice respiciat, & tum nominibus postponuntur ut עיר z) אֲנָכִי ^{z)} nudus ego. Præponuntur autem nominibus, si una cum nomine subjectum constituunt ut. *Et fecerunt etiam חֲרוֹתִים מִצְרָיִם a) ipsi magi Aegyptiorum.*

§. 30.

Peculiarem emphasin secum ferunt locutiones, in quibus pronomen 1^{ma} & 2^{da} personæ cum personali 3^{ta} personæ jungitur, ut אַתָּה־הָוֹא b) ego ipse. אַנְתָּה־הָוֹא c) tu ipse.

F 3

§. 31.

u) Dan. 8, 13.

x) Esai. 26, 9. Ier. 51, 14.

y) Hez. 40, 1.

z) Gen. 3, 10.

a) Exod. 7, 11.

b) Esai. 41, 4.

c) Ps. 44, 5.

§. 31.

Nomini emphatice postponitur suffixum, ad quod pertinet, ubi insignem certitudinem sermo promittit, ut *omnem terram, quam vides,*
tibi אֶתְנָה dabo eam d) germanice dices: eben dasselbe. In tali constructione eleganter etiam **אשר** in eadem propositione cum suffixo obvenit ut: *sed sicut pluma (erunt)* e) *quam propellit eam ventus.* Interdum pronomen separatum, cui respondet affixum, præcedit in sensu diviso a prædicato, ut **אנכי ego,** vel, *ad me quod attinet,* f) *duxit me יְהוָה.*

§. 32.

Suffixa pronomina adponuntur etiam particulis separabilibus, quæ naturam nominum induunt, ut cum vel locum designant, vel communionem, quorum possessiva admitti consideratio potest, ut **עליו super eum** *) *secundum coram ejus, secundum conformitatem ejus.*

C A P. V.

Syntaxis Particularum inseparabilium præfixarum.

§. 33.

D. Præter ea, quæ de D diximus in Gram. §§. 38 & 50 notandum, illud significanter construi

d) Gen. 13, 15.

f) Gen. 24, 27.

e) Ps. 1, 4.

*) Gen. 2, 18.

strui cum particula מעלְהָ interposito לְ, ut
struis ab ad supra indicat, rem ex iis esse,
quas homo ad superna respiciens deprehendit.

Not. Ante suffixa נִי & נַי usurpatur מְ du-
plicatum, quod etiam statui potest particula
separabilis מְמַנּוּ, æque ac מְן.

§. 34.

וּ. componitur 10) cum nominibus ut שְׁתֵּת קְוִיָּה
g) qui fortis (est). 20) cum pronominibus ut שְׁחַבָּה. 30) cum verbis ut שְׁעַלְוִי (qui ascen-
derunt. 40) cum participiis, ut שְׁמַגְוִיעַ k) qui
pertingens (est), & denique etiam cum particu-
lis, ut שְׁגַנְוִי quod etiam.

§. 35.

ה. vide de hac particula gram. §. 50. Alias
hic observandum, ה quam sæpiissime construi
cum nominibus. Quin & cum verbis, ut: po-
pulus tuus, חָנָמָצָא l) qui inventi sunt. cum
participiis m). cum particulis pronominalibus
separatis ut דְּהֹהֶא n) nec non inseparabilibus,
mediante alia particula separabili, ut הָעָרָנוּ o)
an adhuc ille? Interdum in negotio interro-
gandi hæc particula usurpatur & tam late ejus
usus patet, ut adhibetur, five interrogatio
sit dubitantis p) five indignantis q) five admi-

F 4 rantis

g) Eccl. 6, 10. 1, 7.

b) Ibm. 3, 18. Iud. 6, 17.

i) Cant. 4, 2.

k) Eccl. 8, 14.

l) 1 Par. 29, 17.

m) Gen. 4, 9.

n) Ibm. 10, 11.

o) Ibm. 43, 27.

p) Gen. 27, 21. Num. 13, 18.

q) Gen. 4, 9.



rantis r) sive vocantis s) sive exultantis t).
Ubi comparationem hæc particula ingreditur,
per superlativum Latinorum exprimi debet,
si de pluribus, quam duobus sermo est, ut
Frater vester יתְקִדּוּ minimus. Frater Japheti
הַגָּדוֹלֵה maximus.

§. 36.

1. Admodum ampla hujus particulæ applicatio est, quippe quæ per omnes conjunctionum species pervagatur. Simpliciter itaque conjunctionem in genere dices, quæ cum diversimode pro substrata materia se exserat, & Latina lingua plures conjunctiones particulares agnoscat, per has verti solet, sed per accidens tantum, & respectu quodam externo, nempe ad interpretes juvandos, ut pro eam particulam substituant, quam quis extera lingua loquens, tali loco positurus erat. Construitur cum nominibus, verbis & particulis, tam separabilibus, quam inseparabilibus, exceptis suffixis; ut exempla ubivis per scripturam obvia demonstrant. Hic igitur tantum peculiares quosdam loquendi modos observabimus, in quibus eleganter prorsus obvenit. Nimirum *io)* quando copulat cum iis, quæ dicta sunt, id, quod ex intentione vel agentis, vel loquentis deberet sequi, ut *Aedificemus nobis urbem & turrim וַיַּעֲשֵׂה x)* & caput ejus

*r) Ibm. 17, 17.**s) 2 Reg. 9, 5.**t) Hez. 37, 21.**u) Gen. 42, 20, 34. 10, 21.**x) Ibm. 11, 4.*

eius in cælo, erat enim intentio struentium, ut in cœlum pertingeret. Et in tali casu per pronomen relativum Latinorum verti potest.

20) In oratione maxime pathetica, prorsus significanter adhibetur, ut *non inimicus infamabit נָשָׁן y)* & *ferrem*, Latini exponunt per *alioquin ferrem*. Porro circa leges observandum, eas eleganter per hanc particulam conjungi, quando una quæque pars præcepti commune præcedens verbum respexerit, ut *non concupisces uxorem proximi tui* & (*non concupisces*) *servum ejus z)* &c. ubi 1 colligit singulas partes subsequentes elegantissimo compendio. Hac ratione Latine reddi solet disjunctive per *vel*.

40) Ubi sermo est simplex, 1 indicare debet, novum aliquod dici, & omisso 1, nihil novi doceri, sed tantum explicari præcedentia, ut *ungue secabit caput ejus e regione cervicis וְלֹא a)* & *non separabit*, nam alioquin ad separationem usque secare potuisset. Posterior ratio obtinet l. c. in 1. בְּרִיל b).

50) 1 copulans duo nomina, idem significantia, diversitatem innuit significanter prorsus, ut *לב וּלְבָ c)* *cor* & *cor* i. e. *duplex cor*, vel, *alius atque aliis animus*.

§. 37.

כ valet ad affirmandam similitudinem, ut magna כ ים d) sicut mare fractura tua. Ubi
F 5 major

y) Ps. 55, 13.

z) Exod. 20, 14.

a) Lev. 5, 8.

b) ibm. v. 17.

c) Ps. 12, 3.

d) Then. 2, 13.



major indicatur similitudo , adhibetur hæc particula repetita ad quemcunque rei terminum ut כחטאת כאשם ^{e)} quale sacrificium pro peccato , tale pro delicto . כבם כגר ^{f)} sicut vos , sic peregrinus . כעם ככהן ^{g)} &c . Populus ut sacerdos . At si 1 prefixum fuerit posteriori כ , simpliciter termini connectuntur , quibus conclusio superadditur , secundum quam res procedat *). Quando cum infinitivis & participiis construitur , verti potest commode per latinorum quamprimum , ut : restituet pignus כבויא ^{h)} circa occasum solis , vel quamprimum sol occiderit . Cum præteritis & futuris verborum significanter jungitur , interposita particula inseparabili שׁ , & vertitur per sicut , vel quamprimum ut כשהיו ⁱ⁾ sicut fuit כשתפהל ^{k)} quamprimum reciderit . Alias , si ad præteritum tempus refertur , separabili אשר בא ^{l)} אשר בא quamprimum venisset ad Bathsebam . Ubi כ subiectam habet particulam , ut ajunt , expletivam וְ , indicat similitudinem , multis modis se manifestantem , ut : Propheta כמויך ^{m)} sicut tu . nimurum , Christus indicatur habiturus omnia , quæ Moses , qua munus propheticum ; nil tamen impedit , quominus Christus major esset Mose .

e) Lev. 7, 7.

f) Num. 15, 15.

g) Esai. 24, 2.

h) Deut. 24, 13.

*) Hez. 18, 4.

i) Sam. 30, 24.

j) Eccl. 12, 7.

k) ibm, 9, 12.

l) Ps. 51, 2.

m) Deut. 18, 18.



כְּפָעַם Mose. Notanda etiam hic est phrasis: **בְּפָעַם** n) i. e. *hac vice ut priori.*

§. 38.

ל. Construitur 10) cum *nominibus* & verti debet per Latinorum ad. 20) Cum *infiniti- vis* verborum & æquipolle Latinorum Gerundio in dum. 30) Cum *particulis* tam inseparabilibus pronominalibus, quam separabilibus reliquis, exceptis personalibus. Eleganter etiam adhibetur ad indicandum subjectum ad aliquid idoneum. Ita de Absalone dicitur, quod *pulcher erat* לְהַלֵּל o) ad laudandum, quæ locutio æquipolle phrasi Latinæ; *dignus*, qui laudaretur, propter pulcritudinem. Emphatice hæc particula verbis quibusdam jungitur cum sequente pronomine inseparabili, ut לְדָלֶךְ p) *abi tu* vel *abi tibi*, Germanice: gehe deinen Weg. Denique לְ saepe præponitur nominibus, quæ tum verti possunt per particulas Latinorum, licet accurate loquendo non sint particulæ. Huc pertinet לְכֶךְ &c.

§. 39.

ב Construitur cum nominibus, præteritis verborum, licet rarissime, tunc verti debet per cum, ut בְּפִרְחָה *cum visitares*, infinitivis & verti debet per gerundium in do, particulis separabilibus & inseparabilibus, exceptis tamen pronominibus personalibus separatis. Exempla

n) Num. 24, 1.

o) 2 Sam. 14, 25.

p) Gen. 12, 1.

pla ubivis sunt obvia. Si postponitur adjecti-
vis ante sequens substantivum in negotio com-
parandi eadem prorsus ratione, qua superlativus
latinorum incedit. Sic de Noacho dicitur, quod
fuerit תמים בדרתו ^{q)} perfectus in generatio-
nibus suis, i. e. perfectissimus. Usurpatur
etiam de eo, qui sermonis est materia ut: וְ
locutus est Jonathan ^{r)} בדרך (in Davide) bo-
num, Latine dices de Davide, sed in He-
bræa phraſi David consideratur ut ſubjectum,
in quo exiſtebat bonum illud, quod de eo di-
cebatur. Quin, interdum etiam per Latino-
rum per verti potest, ut cum dicitur Phili-
ſtæus, maledixiſſe Davidi ^{s)} באלתו in Diis
ſuis, id quod Latine dices, per Deos ſuos.

NOT. Harum particularum inseparabilium plu-
res interdum junguntur ut לחרוק ^{t)} ad ex
longinqno לבראשונה ^{u)} ad ex in initio, quæ
admodum emphatica eſt constructio. Ut adeo
ſ. scripturæ indagator ne ullam quidem lite-
ram otioſe adponi deprehendat, ſed ſigni-
ficanter adinodum incedere.

C A P. VI.

De Figuris, quæ vocantur, Grammaticis.

§. 40.

Figuræ grammaticæ in Hebraismo Biblico non
dantur, nec pium eſt, sanctissima Dei
eloquia examinare velle ſecundum rationes

pro-

^{q)} Gen. 6, 9. ^{r)} 1 Sam. 19, 4. ^{s)} 1 Sam. 17, 43.
^{t)} Iob. 39, 29. ^{u)} 1 Par. 15, 13.



profanorum auctorum, quorum inter loquendum errores, saepe elegantiae loco habentur. Singulas obiter jam percurremus, illas lubrico niti fundamento monstraturi.

§. 41.

HYPALLAGE grammaticis est talis constructionis mutatio, qua de uno dicitur, quod dici debebat de altero. ex. gr. *Et devovimus* אַתָּה כָל עִיר מִתְיָם *x) omnem civitatem hominum*, ubi putant, hoc scriptum esse pro מִתְיָם הָעֵיר *homines civitatis*. Sed evanescit figura, potest quippe מִתְיָם esse adjunctum subjecti עִיר, ut verti debeat Germanice: beswohnte Städte, quod etiam facit Schmidius. *Et urbem miserunt in ignem y)*, pro ignem miserunt in urbem, sed phrasis indicat tantam copiam ignis fuisse, quo urbs undique cincta erat, ut non ignis urbi, sed urbs igni immissa videretur.

§. 42.

SYNCHYSIS est talis vocis unius, vel plurium trajectio, qua vel ordine constructionis naturalis turbato, obscurius redditur oratio, vel integra facta alio recensentur ordine, quam quo contigerunt. Sub hac figura comprehenduntur etiam HYSTEROLOGIA & PROLEPSIS. Ex. gr. *Dabo Gogo שָׁם קָבֵר z) מקוֹט שָׁם קָבֵר locum ibi sepulcri*, pro קָבֵר קָבֵר. sed nulla ibi est obscuritas, si observes statum constructum destru-
ctum.

x) Deut. 2, 34. y) Jud. 1, 8. z) Hez. 39, 11.

ctum esse. confr. §. 1. nec non Gram. §. 37, n. 3.
 §. 40, n. 4. *Omnis comedens fermentatum (omnino exscindetur anima ista ex Israële) a die primo ad diem usque septimum a), synchysin in eo statuunt, quod verba ultima a die primo ad diem usque septimum pertinent ad prima: Omnis comedens fermentatum.* At si accentus observantur, qui hic parenthesin Hebræam efficiunt, facile deprehendimus, id quod distinctum est ab altero, non per synchysin esse confusum.

§. 43.

ENALLAGE est permutatio partium orationis, ut cum infinitivus ponitur pro nomine &c. femininum pro masculino & v. v. una conjugatio pro altera & unum tempus pro altero, prima persona pro tertia vel alia. Sed hancce mutationem nihili esse invenimus cum ea considerantur, quæ passim in grammatica dicta sunt.

§. 44.

PLEONASMUS est talis verborum ac sententiārum abundantia, ut etiam sine ea textus integer exhiberetur. At sic vana esset hæc abundantia, quam Deo dignam non esse credimus. Quicquid enim emphatice & ad majorem evidētiā indicandam adhibetur, id certe nunquam superfluum est. Ad hanc figuram referendæ sunt literæ paragogicæ, particulæ variæ &

a) Exod. 12, 15.



& aliæ orationis partes. Figuram vero nullius momenti esse itidem ex grammaticis regulis, nec non ex iis, quæ in præcedentibus hisce §phis dicta sunt, patet.

§. 45.

ELLIPSIS est omissio vocis, vel orationis ad sensum necessariæ, sive ejus in præcedentibus, aut sequentibus fiat mentio, sive minus. Verum enimvero jure meritoque eo nomine hæc displicet definitio, quod dicitur *omissio vocis vel orationis ad sensum necessariæ*, nam ut nihil superfluum, ita nihil deficiens per scripturam invenitur, quæ enim deficere videntur, ex contextu tam clara sunt, ut nihil supra, ex. gr. *Et sedebant in solio suo quilibet induit vestibus b).* Hic deficere putant Regiis, vel pretiosis. Sed personæ quæ memorantur, fuerunt Reges, Reges autem quibus vestibus utantur, præsertim in solio sessuri, satis ex præcedentibus patet, ut adeo minime sit opus ellipsis hic statuere. Idem de reliquis locis, ubi ellipsis adesse creditur, ferendum esse iudicium deprehendimus, si ea, qua par est diligentia eadem scrutamur.

§. 46.

Hæc sunt præcipua in syntaxi Hebræa notanda. Sciat tamen Hebræophilus, praxin posthac constituere utramque paginam, & minus

b) 1 Reg. 22, 10.

minus bene eum incepisse, qui in præceptis Grammaticis syntacticisque substiterit. Sine insigni phrasium copia, ex affidua scripturæ lectione haurienda, cognitio erit generalis tantum, ad specialem applicationem non pertingens, ex quo & infelix erit scriptor, si inter componendum, quodvis vocabulum ex Lexicis evolvat.

T A N T U M.



COM.

* * * * *

COMPENDIUM ACCENTUATIONIS HEBRÆÆ.

C A P. I.

§. 1.

Distinctio sermonis est certa quædam inter loquendum mora, eum in finem adhibita, ut loquens eo melius intelligatur.

NOT. Cuique patet, ejusmodi moram longiorrem, vel breviorem esse posse, pro ut mens loquentis, sermone exprimenda, poscit.

§. 2.

Si scribimus, distinctio illa (§. 1.) per certa signa diacritica, qualia sunt aliis in linguis (,) (:) (;) (.) &c. indicari debet, quo lector eo clarius scriptoris percipiat mentem.

§. 3.

Hæc signa diacritica Hebræis טעמִים i. e. *accentus*, vocantur. Qui, prout majorem, vel minorem indicant moram, (§. 1. n.) sunt *Majores*, vel *minores*.

§. 4.

Voces autem textus Hebræi non solum quæ distingui debent, sed etiam quæ conjungentur, accentibus notantur, ei vocis syllabæ apponen-

G dis,

dis, quæ tonum habet. Hincque accentus sunt
vel *distinctivi*, vel *conjunctivi*.

§. 5.

Voces connecti possunt vel per regulam grammaticalem, ut Adjectivum & Substantivum, Nominativus & verbum &c. vel per logicam, ut cohærent in propositione subjectum, copula & prædicatum, vel denique voces, per regulas grammaticales & logicas alias distinguendæ, connecti possunt, quando affectus oratoris poscit, ut propter emphasin plures celestius pronuncientur.

§. 6.

Ita etiam, versa vice, voces alias conjungendæ, distingui possunt, si affectus postulat, ut cum gravitate quadam sermo procedat.

§. 7.

Accentus igitur linguae Hebrææ non solum sunt indicia sedis tonicæ, (§. 4.) sed etiam connexionis, vel distinctionis vocum grammaticalis & logicalis. Nec non affectus oratoris sacri (§§. 5 & 6).

§. 8.

Series vocum, quæ secundum regulam grammaticæ aut logices conjunguntur, vel distinguuntur, aut etiam affectum scriptoris sacri monstrant, vocatur *Dictamen*.

§. 9.

Hinc triplex in accentuatione observandum venit dictamen (§. præc.), nimirum *Grammaticum*, *Logicum* & *Rheticum*.

§. 10.



§. 10.

Duplex est accentuatio, & quidem a se invicem satis diversa. *Prosaica* nimirum quæ in plurimis s. codicis libris usurpatur, & *Metrica*, quæ in tribus illis אַמְתָּה, Jobo, Proverbiis & Psalmis, adhibetur. Hinc illi *Prosaici*, hi vero libri *metrici* vocantur.

§. 11.

Figuras & nomina accentuum in grammaticæ §. 25 exhibuimus. Antequam ulterius progrediamur; hic semen vel radicem exponere consultum judicamus, ex qua nomen cuiusque derivatur, valorem quodammodo indicans. Observa igitur sequentia:

§. 12.

DISTINCTIVI SIMPLICES.

Silluk a rad. סְלֻק cessavit, desit.

Athnach תְּנַח Arab. substitut, commoratus est.

Sægolta.

Sakeph Katon } סְקָפָה erexit.
Sakeph Gadol } סְקָפָה :

Tiphca טִפְחָה *Palmus.*

Rebbia רֶבֶב Quadratus fuit, vel firmiter constituit.

Sarka זְרָק dispersit, vel dispersor.

Paschta פְּשָׁת prædatus est.

Ittibh יְתַב Chald. sedet.

G 2 Tebbir

Tebbir	תְּבִיר	Chald. <i>fregit.</i>
Paser	פָּזֵר	<i>dispar sit.</i>
Tlischha gedola	תַּלְשָׁה	Chald. <i>evellit, evulsor.</i>
Tlischha ketanna		
Geresch	גֶּרֶשׁ	<i>expulit, expulsor.</i>

NOT. I. Duo puncta, quæ ad latus silluki conspiciuntur. *Suph Pasuk* vocantur i. e. *finis versus.* Hicque accentus & *Athnach* veteribus Grammaticis Imperatores nominantur, *Sægolta* autem, *Sakeph Katon* & *gadol* nec non *Tiphka* Reges. Porro *Rebbia Sarka*, *Paschta*, *Ithib* & *Thebbir* duces sunt. Reliqui quatuor comites appellantur.

II. Existunt nonnulli Tlischam Ketannam esse accentum conjunctivum, quamvis sæpe distinguat. At re rite considerata, deprehenditur esse verus distinctivus, & ubi conjungere videtur, quod rarius fit, id pertinere ad dictamen Rheticum, secundum quod etiam maiores accentus loca occupant conjunctivorum.

§. 13.

CONJUNCTIVI SIMPLICES.

Merca a sem.	רְךָ	emollivit.
Munach	נְחָ	quievit, vel sedatus fuit.
Mapach.	פְּחָ	illaqueavit.
Darga	רְגָ	Arab. <i>gradus.</i>
Kadma		<i>Præcursor.</i>
		Jerach

Jerach מְרָח laxavit.

Schalchelet חַלְכֵלֶת catena.

Not. Hi omnes Grammaticis servi vocantur.

§. 14.

Nomina distinctivorum compositorum ex simplicibus intelliguntur, excepto *Karne Para*, quod significat *cornua vaccæ*, & *Pzik*, a radice Chaldæa פְּזִיק cecidit. Inter illos, *Merca maphatatus Rex* vocatur, *Rebhia gerescatus*, *Merca chephula* & *Pzik Schalscletatus Duces*.

Not. Si Kadma cum Psiko junctus apparet super ultima vocis litera ut Ps. 51, 6. non propterea dicendus est Psik Paschtatus; nam Psik cum nullo distinctivo jungitur. Nec confundi possunt Paschta & Kadma præsente Psiko. Alias valet dictum in Gram. §. 25, n. 1.

§. 15.

Duo CONJUNCTIVI COMPOSITI accentus *Mapach* cum *Sarka* & *Merca* cum *Sarka* in libris metricis (§. 10) tantum occurunt.

§. 16.

Inter accentus numerari etiam potest linea-
la *Macceph*, quæ est arctissimi nexus nota vid.
Gram. (§. 24), nec non *Meteg* ibm. (§. 23),
qui componi potest cum Psik & una cum illo
tonum dirigere, et si nil participet de natura
eius distinguendi.

§. 17.

His ita consideratis ad dictamen grammaticum (§. 8 & 5) breviter declarandum pergimus. Circa hoc observandum, nunquam plures duabus vocibus posse conjungi, cum ad unam regulam grammaticalem plures cohærere nequeant. Si igitur duæ voces inter se habent nexum syntacticum, conjunguntur per accentus conjunctivos (§. 13, 15), si minus dirimuntur per distinctivos (§. 12, 14). Si vero bis, aut sæpius continuantur constructiones hæ grammaticales; voces ejusdem naturæ, aut posterioris respectus cohærent, residuae vero disjunguntur, ex. gr. in hoc : כִּי־חָמָה וְרַבֵּשׁ יָאֵל a) *Nam-bytyrum* & mel. comedet : ubi כִּי־חָמָר וְרַבֵּשׁ ejusdem sunt naturæ & respectus, ideoque conjunguntur, separatur autem יָאֵל, quod æquali ratione utramque illam vocem respicit & cum וְרַבֵּשׁ conjungi nequit, nisi illud a הָמָה dirimeretur, quod effet contra accuratam Hebræorum distinguendi rationem nuper memoratam.

§. 18.

Particula negandi לֹא cum voce immediate sequenti conjungitur ut : לֹא תָמַצֵּ אֶת־לְבָכֶר b). Non duritiem feres, ad cor tuum, hæc enim particula negat, duritiem ad cor referendam. Et sic porro.

§. 19.

a) Esai. 7, 22.

b) Deut. 15, 7.



§. 19.

Pronomen **asher** sequenti immediate vocabulo cum pronomine suffixo jungi debet, ut **asher** **בידו**, **מִחְקֵרִי־אָרֶץ**^{c)} *in cuius manu, perverstigationes terræ*. Nam **asher** & pronomen suffixum respiciunt unam eandemque personam. Si intercesserit alia vox inter **asher** & vocem, quæ pronomen suffixum habet, illud tamen cum sibi proxima conjungitur, si propioris sunt respectus, ut **במתנו** **במת הַקְסָת**, **asher הַקְסָת**^{d)}. *Cujus atramentarium in lumbis ejus, ubi **asher** cum **הַקְסָת** propiori nexu conjungi debet, quam cum **במתנו***. Contra autem in hoc: **asher קְסָת הַסְפֵר**, **במתנו**^{e)}. *Cui, atramentarium scribæ, in lumbis ejus, **asher נִשְׁרָא** separari debet, cum **קְסָת הַסְפֵר** sint proprioris respectus.*

§. 20.

Hæc de dictamine grammatico dicta sunt, vi cujus nude tantum accentus considerantur, quatenus distinctivi sunt, vel conjunctivi. Nunc ad dictamen Logicum (§. 9) in quo peculiaris accentuum ratio danda est & ostendendum, quinam accentus, sive distinctivi, sive conjunctivi adhiberi debeant. Cum vero hoc negotium imprimis dependeat a propositionum logicarum natura Confr. (§. 5.) cum attentione perlegendum est caput logicæ, quod de propositionibus agit. Heic præterea imprimis observanda sunt sequentia :

G 4

Not.

c) Ps. 95, 4.

d) Hez. 9, 11.

e) ibm. v. 3.



- I. Totus S. Codex peculiaribus periodis, quæ versus vocantur, distinctus est, qui versus, ut longiores sunt, vel breviores, plures, vel pauciores accentus requirunt & quidem *majores*, vel *minores* cum conjunctivis suis, pro sensu vel minus, vel magis absoluto.
- II. Si versus unica propositione constat, maxima distinctio ex legibus subjecti & prædicati patet. Id quod in una quaque propositione, si plures in eodem versu fuerint, est observandum. Si duabus constiterit, maxima distinctio intra versum est ad finem propositionis prioris. Sin autem tres, vel plures versus continet propositiones, maxima distinctio est in termino ejus propositionis, quæ absolutissimum sensum gignit.

§. 21.

Nunquam in uno versu omnes occurunt accentus, sed si eveniret, consecutio illorum esset, ut sequens schema exhibit:

Maximus in fine periodi semper existens est
=Ν cum prævio conjunctivo Κ

Proximus autem distinctivus est
Κ, cuius conjunctivus est iterum Κ.

Proximus distinctivus minor est
Κ cum conjunctivo Η vel Ι.

Pro-



Proximus hoc minor est

¶ cum prævio conjunctivo ἢ vel η.

Adhuc minus distinguit

ἢ cuius conjunctivus est η.

At si post ἢ major requiratur distinctio; adhibetur

ἢ prævio conjunctivo ἢ.

Minor est

ἢ cum conjunctivo ἢ.

Nec datur ulterior progressus, nisi post Tli-
scham gedolam adhuc major requiratur di-
stinctio, ubi obvenit

ἢ cum prævio conjunctivo ἢ,

cujus proxime minor distinctivus iterum est

ἢ cum prævio conjunctivo ἢ.

Et sistitur progressus, nisi quod

ἢ repetatur in præcedente distinctione ma-
jore &

G 5

in



N in minore, ut supra ad Tlischam Ketannam dictum est. Proximus major post *Tebhir* est

S cum prævio conjunctivo **ג**, qui repeti potest, præcedente subdistinctione majore.

Atque hi accentus omnes minores sunt quam *Tiphka*. Proximus vero major post *Tiphka* est

I vel **ח**, si vox præcedens absolutiorem sensum sifit, qua ratione *Sakeph gadol* semper caret prævio conjunctivo, sed *Sakeph Katon* habet conjunctivum *Munach* & repeti quoque potest. Proximus minor post *Sakeph Katon* est

D prævio conjunctivo **ג**, vel **כ**,

aut etiam loco **ו** appareat

ב qui neque conjunctivum, neque subdistinctivum minorem habet. At post *Paschta* sequitur minor distinctivus

ב & processus fit ut supra ad *gereschum* diximus. Major vero post Paschtam est

ר cum conjunctivo **ו**, post quem iterum minor distinctivus est
ת' ut

¶ ut supra. Repetitur etiam *Rebbia*, si distinctio præcedat major. At si absolutior sensus præcesserit, quam in *Sachef* præcedente, repetitur *Sachef Katon*, nec datur major usque quo ad maximam sectionem versus ventum fuerit, ubi ponitur

¶ cum prævio conjunctivo ¶.

Post hunc proximus distinctivus minor est

¶ &c. ut supra. & proximus distinctivus major post Tiphkam est

¶ vel ¶ &c. ut supra, donec ad absolutissimum sensum venimus intra sectionem *Athnachi* & initium versus, ubi

¶ suam ditionem incipit cum prævio conjunctivo ¶.

Minor distinctivus post ¶ est

¶ cum prævio cunjunctivo ¶.

Major hoc, licet minor quam ¶, est

¶, qui repeti potest prævio conjunctivo ¶.

Sed adhuc minor est

¶ &c.



¶ &c. ut supra. Proximus post Rbhiam major est *Sakeph Katonn*, sed obvenit tantum bis in decalogo f).

Not. I. Loco *Tebbir* undecies occurrit *Geraschaim* cum prævio conjunctivo *Darga*. Loco *Rebbia* interdum obvenit *Psiik Schalscheletatus* ab initio versus. Loco *Geresch* obvenit quandoque *Geraschaim* & *Psiik*. Denique pro *Paser* interdum est *Karne Para* cum prævio conjunctivo *Zerach*.

II. Si adhibitus fuerit *Tlischa Ketanna*, nullus est locus *Tlischa Godola*, sed mox ad *Paser* fit transitus.

§. 22.

Versus non ultra tria segmenta, continet ut (§. præc.) innuimus, nim. a: *Silluc ad Athnach* & *Sægolta*. Quidam vero duo tantum habent, nim. a: *Silluc ad Athnach*. Quiapropter *Sægolta* respectu reliquorum est rarer. Quin & interdum *Athnach* a versu abest, si maxima distinctio intra versum fuerit ad *Tiphka*, *Sakeph Katonn*, vel *Sakeph Gadol* in ditione *Silluki*, nisi impediverit dictamen rhetoricum, de quo infra.

§. 23.

Ad exempla jam pergitus singularum ditionum, & quidem I) *SILLUKI* ut:

Zer.

f) Exod. 20, 2. Deut. 5, 6.



Jer. 42, 5. a Silluko ad verba נְאָמֵן inclusive, ubi ordo (§. 21) memoratus non interrumpitur servatur usque ad Paser.

1 Sam. 31, 6. iterum progressus est ad Paser, sed ita tamen, ut, intercedente Tlischā Ketanna, qui Gerescho est major, non locus sit Tlischæ Gedolæ, secundum §. 21 n. 2. In hoc dicto etiam apparet, Tiphcam quoque maximam intra versum distinctionem sustinere posse, ut §. 22 dictum est.

Exod. 28, 32. Major distinctio occurrit in אֲרֹג, quam in תְּהִרָּא, ideoque mox fit progressus ad proxime majorem post Tebhīr, qui est Rebbia. illumque postmodum sequuntur iidem accentus, quos Tebhīr in prioribus exemplis admisit, cum ante Rebbia non detur absolutior sensus in ditione Tipbæ.

1 Sam. 26, 16. obvenit Psik munacatus post, Rebbia loco Geresch, secundum §. 21. n. 1.

2 Paral. 26, 12. absolutior est sensus in חַיְר, quam in אלְפִים ideoque proximus major post Tiphkam est Sakeph Katonn, qui sibi proxime minorum Paschtam adfert in voce præcedente. Paschta porro proxime minorum Geraschaim præmittit loco Geresch secundum §. 21, n. 1. Et gerescho majorem Tlischā Gedolah, exulante Paser, siquidem eo non fuit opus, eodem modo ac Tebhīr exulat. Alias in hoc versu Sakeph Katonn
con-

constituit maximam distinctionem, quare & *Athnach* exulat secundum §. 22.

Gen. 4, 6. observatur *Ittibh* loco *Paschtæ*, prævio neque conjunctivo, neque distinctione minore, secundum §. 21.

§. 24.

Ditio *ATHNACHTI* eosdem habet accentus subdistantivos ac *Silluk*, ut appareat ex

Dan. 11, 8. ubi distinctivi accentus ex asse convenient cum *I Sam. 31, 6.* §. 23 cit. Sic & locus

Exod. 28, 1. qua minores accentus post *Rebhia* parallelus erit cum ejusd. cap. v. 32, ead. Sphocit. Videbis etiam majores accentus eodem se ordine heic excipere ac in ditione *Silluki* §. 23.

Not. *Sakeph Gadol* repetitur in ditione hac *Jos. 1, 14.* *Sakeph Katonn* bis repetitur post *Sakeph Gadol* *Gen. 9, 23.* *Rebhia* ter repetitur *I Reg. 3, 11.*

§. 25.

Tertia ditio est *SÆGOLTÆ*, cuius consecutio est manifesta ex *2 Reg. 23, 4.* ubi minores accentus post *Sarkam* eodem se ordine excipiunt ac superius ad *Tebhir*, *Geresch* & *Rebhia*. In

I Reg. 13, 18. major post *Sarkam* est *Rebhia*, nec datur major præter eundem *Rebhiam* repe-



(III)

repetitum, nisi *Sakeph Katonn* paucis in locis.

§. 26.

Si exempla desideras versuum ad propositiones examinandas, evolve *Exod. 8, 25*, qui versus duo tantum segmenta habet, nim. *Silluk* & *Athnach*. vel *Exod. 2, 3*. qui omnes tres continet ditiones, vel segmenta.

§. 27.

Hæc de dictamine logico dicta sunt. Jam rhetoricum exponemus, quod dupli se modo exserit, nim. tardando, vel accelerando pronunciationem, confr. §. 5 & 6. Prius sequentibus absolvitur regulis.

§. 28.

Accentus majores *Silluk*, *Athnach*, *Sægolta*, *Rebhia*, *Paschta*, *Tebhir* & *Sarka* in ditione duarum vocum, i. e. cum præcesserit unica tantum vox conjungenda per nexum grammaticum, pro isto accentu conjunctivo substituunt distinctivum quisque minorem, ut: פָּאֵן שְׁלִימָן g) & non est pax.

§. 29.

Accentus *Sikuk*, *Athnach*, *Sægolta*, *Sakeph Katonn*, *Tiphka* & *Rebhia* in ditione trium, vel plurium vocabulorum, proximum subdistinctivum secundæ voci, alias conjungendæ, imponunt, ex quo tertia præcedens, alias

g) *Jer. 6, 14.*

alias notanda proximo isto distinctivo, accipit proxime majorem, quem reliqui, si qui fuerint accentus, pro re nata excipiunt, ut: וּמִי הַמְבּוֹל חָיו אֶל־הָאָרֶץ *b).* Et aqua diluvii, erat super terra.

§. 30.

Tres hi accentus *Sarka, Paschta & Tebhir* in tertia ante se voce distinguenda, pro proximo quidem minore distinctivo adhibent proxime majorem, sed secunda voce intermedia conjuncta per accentum conjunctivum, ut: אֲשֶׁר פָּסָח עַל־בְּתֵי בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל *i), qui transiit domos filiorum Israel.*

§. 31.

Ad hoc dictamen pertinet etiam, cum quidam accentus intra eandem vocem præmisit sibi conjunctivum suum propter syllabam elevandam, confr. Gram. (§. 23). Etenim hoc in casu, quoties vox alias conjungenda præcesserit, notatur illa proximo distinctivo, ut: עַפְרָן מִן־הָאַרְמָה *k), Pulvis ex terra.* Sed adhuc major emphasis est, si in tali syllaba elevanda major distinctivus præmisit distinctivum proxime minorem, ut in לֹא וּקְוִיתִי־לוּ *l),* צְאַתְּרֵבָה *exspectabo ipsum.*

NOT. Cum aliqualis tantum mora ad emphasis indicandam sufficit, conjunctivi accentus asciscunt *Pshik* ut יְהֹוָה צְרָקָנוּ *m), Jehovah iustitia nostra.*

Bre-

*b) Gen. 7, 10.**i) Exod. 12, 27.**k) Gen. 2, 7.**d) Esai. 8, 17.**m) Jer. 23, 6.*

Brevissima autem mora emphatica est, vbi duo conjunctivi in una eademque voce obtingunt, ut *Munach & Merca* post *Sakeph Katonn* in נבל *Ezra. 40, 7.*

§. 32.

Dictamen rhetoricum accelerandæ pronunciationis vel accentus *distinctivos* concernit, ex quibus minores pro majoribus ponuntur, vel *conjunctivos*, dum loco *distinctivorum* adhibentur.

§. 33.

Ita *Sægolta* pro *Rebbia* priori vice ponendo repetit proximum suum *distinctivum Sarcam* Exod. 12, 29. *Sægolta* pro *Rebbia* priori vice ponendo adhibet *Paschtam* Deut. 12, 18. 28, 14. Sic etiam aliquando *Sægolta* loco *Athnach* medianam versus sectionem occupat, ut *Esr. 7, 13.*

§. 34.

Major sermonis acceleratio innuitur, si conjunctivi loco *distinctivorum* obveniunt, ut אֲרִיךְ שָׁגֵם טַי לֹא יָוֶרֶא ⁿ⁾, *Leo rugit, quis non timebit.* Ubi *Munach* in טַי stat loco *Tiphkæ*, & hic rursus loco *Sakeph Katonn*.

ⁿ⁾ *Ames 3, 8.*

CAPUT II.

DE
ACCENTUATIONE METRICA.

§. 35.

Cum dictamine grammatico hic ut in profaicis (§§. 17, 18 & 19) comparatum est.

§. 36.

Neque ratio propositionum, mutata accentuatione, mutari potest; unde etiam circa dictamen Logicum hic idem est observandum quod supra (§. 20) ideoque mox ad consecutionem accentuum in libris metricis nos accingimus. In antecessum tamen notanda sequentia:

I. In fine periodi heic, ut in profaicis, est *Silluk*.

II. Medium sectionem, seu maximam intra versum distinctionem occupat *Merca Maphacatus*, ut in profaicis *Athnach*.

III. *Athnach* autem maximam distinctionem efficit inter *Silluk* & *Merca Maphacatum*.

IV. Inter *Athnach* & *Silluk* intermedius est *Rebbia Gereschatus*.

§. 37.

Consecutio accentuum procedit secundum hoc schema:

ꝝ est



¶ est in fine versus, cuius conjunctivus (si duæ subdistinctiones inter *Silluk* & *Athnach* requiruntur, quarum posterior sit major) est *Munach* superior & proximus distinctivus

¶ sine prævio conjunctivo. Hunc excipit major

¶ prævio conjunctivo ¶

At, si ex duabus his subdistinctionibus, prior fuerit major, *Silluki* conjunctivus est *Merca*, *Mercacum Sarka*, vel *Munach* & proximus distinctivus

¶, post quem ulterior distinctivus non comparet, sed vox, alias distinguenda cum proxime conjungenda, celeriter per *Mercam* decurrit.

Itaque Distinctivus major post ¶ jam obvenit
Athnach prævio conjunctivo Munach, vel
Merca.

Proximus minor est

Tiphka anterior prævio conjunctivo *Munach*

Et huic proxime minor

¶ cum conjunctivo ¶, vel ¶,

H 2

vel

vel s̄epius, ubi non datur locus prævio con-
junctivo, *Psik Maphacatus.* Major hoc,
licet minor quam D est

H cum conjunctivo *Jerach*, vel *Maphach*,
quem tanquam minorem rursus excipit
 i vel E ut supra, nec datur ulterior progressus
qua minores *Tiphca*.

Proximus major post D est
 i prævio conjunctivo D H , vel E .

Et post hunc proximus minor
 H vel D &c. ut supra, donec maximam versus
sectionem ostenderit

H , ante se habens conjunctivum H

Proximus minor post hunc venit
 H prævio conjunctivo H vel D
& huic porro minor
 H &c. ut supra ad *Tiphcam*, major vero est
 H &c. ut supra.

Not.



NOT. I. Cum versus sint breviores, quam ut singulos hos accentus capiant, quidam subdistinctivi & conjunctivi saepe omittuntur. Ex quatuor vero maximis *Merca Maphatus* abest in brevioribus periodis, & tunc *Athnach* medium sectionem occupat, ut in prosaicis. Porro si major, vel maxima distinctio intra versum terminatur in proxima ante *Sillukum* sectione, nota Rebbia Gereschato, abest *Athnach*. Sed si in tertia a *Silluko* voce terminetur aliqua propositio, tum *Athnach* manet, plerunque exulante Rebbia Gereschato.

II. *Rebbia Gereschatus* saepe *Geresch* suum amittit, exulante *Athnacho*, alias & *Paser* in minori proxime distinctione locum habet, itidem exulante *Athnach*.

§. 38.

Exempla præbent sequentia dicta:

וּמָנָן הוּא לְכָל הַחֲסִים בָּנוּ^{a)} *chypeus ille omnibus sperantibus in illum.* Hic *Silluk* duos ante se distinctivos agnoscit, quorum posterior est major. Ergo conjunctivus ejus est *Munach superior secundum §. præc.*

כֵּן יוֹרֶד שָׁאוֹל לֹא יַעֲלֶה^{b)}. *Ita descendens in sepulchrum non ascendet.* Hic *Silluk* duos ante se distinctivos agnoscit, quorum

a) Ps. 18, 31.

b) Job. 7, 9.

quorum prior est major, ideoque habet con-
junctivum *Munach*, secundum eand. §.

Pf. 10, 4. Unica tantum est distinctio, quam
occupat *Rebhia Gereschatus* exulante *Silluki*
conjunctivo, cui non datur locus.

Pf. 98, 1. *Athnach* procedit ad *Paserum* usque
confr. Pf. 28, 5. ubi ad *Pisk Maphacatum*
post *Paser* fit progressio.

Pf. 104, 35. Maxima distinctio intra versum in-
cidit proxime ante *Silluc* & ideo neque
Athnach, neque *Merca Maphacatus* occurrit,
secundum §. 37, n. 1. Ibidem etiam *Rebhia*
gereschatus amisit geresch suum secundum §.
eand. n. 2.

§. 39.

Dictamen Rhetoricum cum tardandæ, tum
accelerandæ pronunciationis, in accentua-
tione metrica easdem sequitur regulas, ac in
prosaica (mutatis mutandis), quas vid. §. 28
& seqq.

§. 40.

Parenthesis Hebræa est, cum propositio ali-
qua interserta vel propositionibus, alias arctissi-
me cohærentibus, vel alterius propositionis
partibus, majori clauditur distinctivo, quam
ante



אָרְכִּיּוֹתֶה לֵי אָמַר ante eam obvenit, ut: אמר ^{q)}, Utique in Jebova (mibi dixit) justitia & robur. Ex dictamine Rhetorico accidit quoque aliquando, ut ad parenthesin minor adsit distinctivus, quam ante, ut: אָנָּי שָׁלוֹם אָמַר וְהַזְעִים ^{r)}. Nulla pax (dicit Dominus) improbis.

§. 41.

Signum interrogationis cognoscitur ex adverbii interrogandi, quæ vid. in Lexicis. Vel, ubi per hæc non satis clarum est, accentus monstrant, quod redditivum est, unde interrogatio proditur, ut: שְׁחַת לֹא בְּנֵינוֹ ^{s)}. Corrupit se? non; filii ejus macula sua. Ubi Tiphka in לא probat, hanc vocem redditive prioribus opponi.

§. 42.

Sic etiam signum exclamationis indicatur, vel certis particulis, vel etiam dictamine rhetorico tardandæ pronunciationis, de quo §. 28 & seqq. egimus.

§. 43.

Denique obiter monendum, in Decalogo Exod. 20 duplicem esse accentuationem, alteram

q) Esa. 45, 24.

r) ibm. 48, 22.

s) Deut. 32, 5.

ram nim. ordinariam versuum consecutionem,
alteram præceptorum; sed ita tamen, ut, ubi
consecutio præcepti alicujus cum consecutione
versus coincidit, simplex fit accentuum facies.

Duplices etiam accentus, aliam tamen ob
causam, habet Gen. 35. v. 22.

F I N I S.



INDEX

INDEX

TERMINORUM TECHNICORUM ET
CONTENTORUM PRÆCIPUORUM.

Numerus paginam indicat.

A.

- Accentus euphonicus 15
Accentuum tonicorum figuræ 16
- - - nomina eorumque derivationes 99 seq.
Accentus distinctivi & conjunctivi 16. 99
- - - simplices & compositi ibm.
Accentuatio duplex, prosaica & metrica 102. 114
Accentuum prosaicorum consecutio,
metricorum consecutio 104
Accessoria litera radicis 23
Adjectivorum comparatio 27
Adverbia 36
Affectiones literarum rariores 18
Afformativæ literæ 21
ת semper nota genitivi casus 30
ת Character τε Hithpael 72

B.

- BACHLAM non excludunt **נ** demonstrati-
tivum 38. 39
BEGADKEPHAT 13
BENONI partioipium 50
BUMAPH 7. 38

C.

- CAMNEPHEZ 5
Cateph-Patach-Sægol-Kamez 11
Characteres Conjugationum 55 seq.
Chetibh & Keri 18

H 5

Classes



INDEX TERM. TECHN.

Classes verborum	40
Comparatio nominum adjectivorum	27
Conjugationes	44
- - - Earum nomina & significations	ibm. & seq.

D.

Dagesch lene & forte	13
Dagesch oīnnibus inscribi potuit literis	14
DATHLENETH	7
Dentales literæ	ibm.
Declinationes per casus Hebræi non habent	30
Dictamen quid sit	98
- - Grammaticum	102
- - Logicum	103 seq.
- - Rheticum	III
Dilatabiles literæ	5
Diphthongi	I. 10
Distinctio sermonis	97
Ditiones, vel segmenta versuum	108
Dualis numerus	29
Dupliciter imperfecta verba	40

E.

EHEVI non quiescunt	7
Ellipsis	95
Embryones vocum	40
Enallage	94
Ethpaal	72

F.

Figuræ Grammaticæ rejiciuntur	92
Finales literæ	5
Fœ-	



& CONTENT. PRÆCIP.

40	Fœmininæ terminations	24
27	Formæ nominum non confundendæ	31
44	Forma Verbi Activa & passiva	43
q.	Fulcra vocalium	9
	Futuri significatus	49
	- - Characteres personales	54

G.

14	Genera nominum quomodo Hebræi agno-	
7	scunt?	24
n.	- - Numeralium	33
30	- - Pronominum	36
98	- - Verborum	54
02	Gerundia	38
q.	GICHAK	7
II	Gutturales literæ	ibm.

H.

7	HAPHAL	72
8	Hathpael	73
9	Heemanticæ literæ	21
0	HIPHIL	59. 70
7	HITHPAEL	61. 72
5	Hypallage	93
7	HYPHAL	60
5	תְּנִי cujus conjugationis character?	73

I.

4	æque ac potest esse fulcrum τε schu-	
2	rech & cholem	9
2	Imperativi significatus	49
5	- - Characteres personales	53
-	Infinitivi significatus	49
	In-	



INDEX TERM. TECHN.

Inseparabilia pronomina	35
Inseparabiles particulæ aliæ	37
Interrogatio quomodo indicetur.	119

K.

KAL	55. 66
KATEPH-KAMEZ quem sonum habet?	12
Keri & chetibh	18
Kometz Katuph non datur	9

L.

↪ quomodo est nota genit. dat. &c.	30
Labiales literæ	7
Linguales	ibm.
Literæ	2
Literarum figuræ, nomina, ordo, notio- nes internæ & valor numeralis	3. 4
Literæ variabiles qua figuram	5
- - - - - qua sonum	13
Literæ secundum organa loquela distincæ	7
Literæ sibilæ transpositio	61. 72
Literæ quiescentes non dantur	7
Literarum rariores affectiones	18
Literæ serviles. Præformativæ. Affirma- tivæ. Serviles essentiales, seu HEEMAN- TICÆ	21
Extra essentiales serviles, seu Paragogi- cæ, Epentheticæ	22
Literæ serviles consignificativæ	ibm. & 37
Litera accessoria radicis	23

M.

MAKKEPH	15
MAPPIK	14
METEG	



& CONTENT. PRÆCIP.

35	METEG	ibm.
37	MILEL	18
119	MILRA	ibm.
	וְ est duplex pronomen	35
66	MOSCHE VECALEB	36
12	Mutatio vocalium in nomine	31
18	- - - - in verbis	66
9	N.	
	NIPHAL	56. 67
30	NITHPAEL	73
7	Nomina	19. 20
m.	- - Primitiva	ibm.
2	- - Derivata	21
	- - Simplicia	23
4	- - Composita appellativa rara	ibm.
5	- - Propria sæpe sunt composita	ibm.
13	- - Substantiva	24
7	- - Adjectiva	ibm.
72	Nominum cum nominibus constructio	75 seq.
7	Nominum numeri	27
18	Nomina defectiva numero	30
	Numeri pluralis terminationes	27
	Numerus dualis	29
21	Numeralia nomina, Cardianalia & ordi-	
	nalia	32
22	Numeralium particularam constructio	81
7	O.	
23	Organī ejusdem literāe non inter se per-	
	mutantur	?
5	P.	
4	Palatinæ literæ	7
G	Partes	



INDEX TERM. TECHN.

Partes orationis	19
Particulæ	ibm. & 32
Participiorum significatus	49
Participia PAUL non modo declinantur ut nomina, sed etiam conjugantur ut verba	50
Participia ex præformato σ ad omnes con- jugationes se extendunt	69
Parenthesiſ Hebræa qualis	118
PATACH furtivum potius eſt vera vocalis	12
Personæ in verbis	52. 53. 54
PIEL	58. 68
Pleonasmus	94
Præfixorum puncta	37
- - - Constructio	86
Præformata verborum s. personæ	54
Pronomen quid?	33
Pronomina separabilia & inseparabilia	34. 35
Pronominum constructio	83
Pronominibus reciprocis Hebræi carent	34
Puncta literaria	13
PYAL	58. 70

Q.

Quiescentes literæ reapse non dantur, nec inter se alternant	
Quadrilitera & quinquelitera verba	7
Quomodo conjugantur?	41. 42
	74

R.

RAAHAAH	7
RADICES	20. 40
Radix præformata, cava & afformata	23
Radi-	



& CONTENT. PRÆCIP.

19	Radices triliteræ ex tertia conjugatione	
32	seminum ortæ	60
49	Radices habentes vocalem longam sub præ-	
	formata sunt verba activa	68
50	RAPHE nullius est usus	14
	Ratio numerandi per literas	6
69	Regulæ de invenienda radice vocis	62 seq.

S.

54	SASZASCH	7
68	SCHVA simplex, mobile & quiescens	10. 11
94	— Nullum habet sonum	ibm.
37	SCHVA compositum	1t. 12
86	SEMINA	19. 40. 41
54	Seminum conjugationes	55 seq.
33	Semina cum Kybbutz sunt verba activa	58
35	— Habentia vocalem longam sub	
83	præformata sunt verba activa	ibm.
4	Sibilantis literæ transpositio	61. 72
13	Status constructus nominum singularium	26
0	— - - - Pluralium	29
	Substantiva, quæ peculiares idiotismos	
	formant	76. 77
7	SUFFIXA quid?	34
2	— - Pluralium & singularium quo-	
4	modo differunt?	37
	— - Possessiva & personalia quomo-	
	do differunt?	ibm.
7	Syllaba	2
0	— - simplex & composita	10
	Synchysis	93

Tem-



INDEX TERM. TECHN. &c.

T.

Temporum significations	48 seq.
- - - Permutatio non admittitur	50 seq.
- - - Characteres	52, 53, 54
Tonus vocis	17, 18
Triliterorum conjugationes & illarum characteres	66 seq.

V.

1 prima radicalis	71
1 conversivum	51
Verbum	19
Verba primitiva & derivata	39
Verba geminata. Cava. Præformata. Afformata	40, 41
Verba Actus. Qualitatis & status	43
Verba deponentia sunt mere passiva	45
Verborum classes	40
Verborum cum verbis & nominibus con- structio	78 seq.
Vocales	1
Vocalium figuræ & soni	8
Vocalium fulcra	9
Vocalium mutatio	31
Vox quid?	1
Voces signa cogitationum	19.

EX LIBRIS
EX LIBRIS
EX LIBRIS



eq.
eq.
14
18

eq.

71
51
19
39

41
43
45
40

Q.
I
8
9
31
I
9.





Landesbibliothek Oldenburg

